# CAROLI RVINI
## REGIEN. IN TIT. DE VERB. OBLIG. PRAELECTIONES.

*SVPER*

Rubr.ff.de verbor.obligat.
Princip.l.i.
§.Qui præsens. §.Si quis ita.
Rep.§.Cato.l.iiii.alias impressa.
Addi.ad eundem.§.
l.Si quis arbitratu.
l.Stipu.non diuiduntur.
l.Ita stipulatus,magna.





*Pacis nutrimentum Iustitia.*

*LVCAE APVD VINCENTIVM BVSDRACVM.*

*Iudicabitur qui Iudicat.*

# IVLIVS SCARLATINVS REGIEN. IVR. CON.

## CAROLO RVINO IVNIORI. S. P. D.





AROLVS ille Ruinus auus tuus, ciuis, & praeceptor meus, in Iuris Ciuilis scientia nulli iurisconsultorum suae aetatis secundus fuit, nec in explicandis uiua uoce, miraq; energia, & actionis dignitate legibus, ut omnes qui ipsum aliosq; audiuerunt, uno ore fatentur, nec ingenii praestantia, & acumine, quibus ipse non in ambitiosis captionum subtilitatibus abutebatur, ut quidam immeritò calumniantur, sed praecipuè in extricandis obscuris, atque perplexis quaestionibus, a iuris interpretibus, sicut in tanta commentariorum mole euenire necesse est, confusè, & permixtè traditis optimè utebatur: qua in re celeberrimos praeceptores suos Socinum, & Bulgarium Senen. egregiè imitatus est: nec in responsis, quae consilia uocant, consultoribus ex omni Europa ad eum confluentibus edendis. In iis enim, ut ipsa iampridem in lucem aedita testantur, reconditam, non autem tritam, omnibusq; obuiam iuris doctrinam facile ostendit, posterisq; de ea iudicandum reliquit. Verum quamuis tot naturae dotes à Deo Opt. Max. illi tributae fuissent, cum tamen, ut Horatius inquit nihil sit ex omni parte beatum, illud ei accidit incommodi, quòd cum propter nimias occupationes, quibus iugiter distinebatur, commentaria sua omnia apte disponere, & in lucem danda Typographis committere nequiuisset: eo mortuo illa magnum naufragium passa sunt. Cum enim & ille, cui ea disponenda Antonius pater tuus omni uirtutum genere ornatissimus commiserat, immaturè decessisset, non defuerunt, qui scripta ipsa quacunque possent ratione expilarent, fortè ut pro suis aliquando uterentur. Reliquias tamen quasdam, ueluti ex naufragio tabulas, collegit ipse pater tuus, & quae eius erat in me humanitas, mihi, ut aliquo tempore, si & reliqua fortè interim ad manus nostras peruenirent, cum illis publicum acciperent, tradidit. Inter quas pauca haec in tit. de uerb. oblig. fuerunt, quae cum alia etiam diligenter quaesita inuenire non potuerim, operaepretium tamen existimaui, cum maxime hoc anno ea pars iuris in publicis Gymnasiis a publicis professoribus exponatur, in studiosorum gratiam, ex quibus etiam pleriq; me rogarunt, in lucem emittere. Simul ut de memoria Aui, & Patris tui, quibus plurimum me debere profiteor, utcunque possem benemererer, quo nihil unquam mihi fuit antiquius. Tibi autem hoc quasi debitum quoddam munus, quippe ex familia tua profectum, dicare constitui, sperans id tibi fore quam gratissimum, necnon Laelio, ac Lucio fratribus tuis, Adolescentibus ipsis quoque bonarum artium, & literarum studiosis, ac optimis moribus, si qui sunt alii, mirum immodum praeditis. Te uerò, ipsosq; fratres tuos pro mea in nomen uestrum, ac parentum uestrorum beneuolentia, proq; eo, quo teneor officio, & hortor, & rogo, ut iis uestigiis insistatis, quibus Clarissimi ipsius Aui uestri in literis, Antoniiq; patris in optimis moribus gloriam aequare, ac illustriorem reddere possitis. Vale. Bononiae Idib. Nouemb M D LIII.

# Excellentiss. iure Consulti Domini Caroli Ruini Regiensis. In tit. de uerb. ob. Subtilissima Commentaria, ex eius Archetypo.

## SVMMARIA.

1 Naturalis obligatio a primo iuregen. descendit.
2 Duplex est iusgentium, & de veritate infra.
3 Parere patriæ de quo iuregen. fit, & translatio Dominii per traditionem.
4 Restitutio rei comodatæ, vel depositæ de quo iureg.
5 Noua declaratio iuris naturalis, & iurisgen.
6 Seruus cuius obligationis capax sit, & similiter deportatus.
7 Seruo cōpetit manus regia pro obligatione naturali.
6 Naturalis obligatio quando cœpit habere executionem manu regia.
9 Manus regia locum habebat etiam in pactis nudis, & de veritate infra.
10 Imperator non peccat, si non dat executionem pacto nudo.
11 Pactum nudum in curia mereat orum an habeat executionem.
12 In contractibus innominatis, an olim manus ragia locum haberet, & vtrum in illis ante implementum orta sit naturalis obligatio.
13 Ex contractu emptionis potest qui non impleuit agere, & cum effectu si non opponatur.
14 In contractibus innominatis an posit quis exceptione se tueri antequàm pro parte sua impleat.
15 Naturalis obligatio oritur ex consensu simultaneo, & consequenter non ex pollicitatione.
16 Pollicitatio an fieri posit præsenti, & tacenti.
17 Et ex ea oritur naturalis obligatio.
18 Vbi absenti acquiritur semper eius consensus superuenire debet.
19 Tacita donatio inter absentes valet.
20 Donatio facta absenti efficax est ad agen. subsecuta acceptatione sed contra xxii.
21 Donatarius cui absenti donatum est, potest in absentia consentire.
23 Non peccat qui promissionem inefficacem nō seruat.
24 Interuallum quando contractus non viciet.
25 Ex pollicitatione facta cum causa reipub. oritur obligatio secus in priuato.
26 Consentiens præsente nuntio, vel mittente epistolam dicitur præsente principali consentire.
27 Lis contestatur ex responsione rei absente actore, & quare.
28 Promissio iurata facta absenti val virtute iuramen.
29 Idem si intuitu Dei promittatur, de quo tamen infra,
30 Stipulatio est nouus contractus a iure ciuili induct.
31 Stipulatio cur denominetur a verbis potius, quam a consensu.
32 Reprobatur ratio modernorum.
33 Noua ratio authoris.
34 Stipulatio quare inuenta fuerit.
35 Si interroganti vendis? mox respondeatur vendo, nūquid erit stipulatio.
36 Valet vt stipulatio si de animo stipulandi appareat.
37 Pactum extrinsecum iuxta contractum nominatum relatiue appositum ab initio tanquàm pars illius cōtractus actionem producit.
38 Ex sola agnitione bon. poss. efficitur quis bon. possessor, & etiam heres de iure ciui.
39 Substitutio inter fratres non reciproca nunquam per diuisionem censetur remissa.
40 Ad substantiam stipulationis cur necesse sit quod præcedat interrogatio.
41 Maior deliberatio ex geminatio ne colligitur.
42 Stipulatio vtrum sit contractus nominatus.
43 Stipulatione interposita super contractu innominato an ex ea sola oriatur actio.
44 Contractus innominatus quādo videatur factus pro implemento stipulationis super eo appositæ.
45 Stipulatio in quo sequatur naturam actus super quo interponitur.
46 Stipulat. interposita super contractu innominato nū quid locum habeat pœnitentia.
47 Author ex pluribus tenet locum non habere contra Rom. & Aret.
48 In stipulatione agi non potest nec subintelligi vt locus sit pœnitentiæ, & quare.
49 Accumulatum alteri subrogatiuæ illius naturam sapit, secus si æque principaliter.
50 Condictio ob causam ex capite præsentiæ, an competat ex contractu innominato super quo interposita fuit stipulatio, & ipsa etiā stip. pœnitentia tollatur.
51 Vassallus vbi alias feudo renuntiare potest, id potest etiam super eo interposita stipulatione.
52 Dictum Bal. præcedens limitatur & etiam saluatur.
53 Condictio ob causam ex capite causæ non secutæ an locum habeat stipula. vt sup. interposita.
54 Opi. Bulgarini quod non competat, & eius subtilia dicta referuntur.
55 Opinio authoris in hoc articulo vbi latæ, & subtiliter loquitur, & tenet contra Bulg. cuius argumentis respondet.
56 Declaratur dictum Bar. in l. ii. C. de cond. ob. causam quod hodie per instrumentum raro probetur contractus innominatus, cum notarii communiter stip. apponant, & quomodo illud procedat.
57 Stipulatio generaliter loquendo, an, & quando sequatur naturam actus super quo interponitur,
58 Detegitur furtum Ias. de dictis authoris huius.
59 Limitatio ad reg. quod stipula. sequitur naturam actus &c.
60 Reg. quòd Testor. in dubio velit se conformare stat. procedit nisi verborum proprietas repugnet, quod tamen mox reprobatur.
61 Dist. authoris quādo stipul. sequatur naturā actus &c.
62 Dolus dans causam contractui bon. fi. sicut ipsum reddit nullum ipso iure, ita & stipulationem super eo interpositam.
63 Quomodo cognoscatur vtrum stipulatio alteri contractui accedat æque principaliter, vel accessorie.
64 Sipulatio pœnalis nunquid naturam principalis sequatur.
65 Stipulatio an sit de iuregen. vel de iure ciuili.
66 Declaratio ad l. actus legittimi de reg. iur.

# Rubrica de uerborum oblig.



VAERVNT hic Moder. Perusi. & Senen. de pluribus, & præcipue quo iure sit introducta naturalis obligatio, quòd vltra eos melius declaratur per Bar. in.l. si id quod, de condictio. in deb. vbi concludit, & probare conatur, † quòd a primo iuregentium descendit; & quod naturalis ideo appellatur, quia dictum iusgentium non ex constitutione aliqua earum, sed ratione naturali fundatur: & habuit ortum eo ipso, quòd gentes esse cœperunt: secundarium vero iusgentium ex constitutionibus ea rum fuit introductum, & plerunque contra rationem naturalem, sicut bella seruitutes: & distinctio dominiorum.l. manumissiones, &.l. ex hoc iure, de iust. & iur. vnde præsupponit Bar. † quod duplex sit iusgentium, & idem etiam dixit in.l. neque enim.§.i. de test. mil. & in.d.l. ex hoc iure, quod Aret. reuocat indubium in.l.i. in princ. de aquir. poss. quia tex in.l.i.§. iusgentium, de iust. & iur. non ponit aliam distinctionem, nisi inter ius, quod est commune omnibus animantibus, quod vocat ius naturale, & ius, quod est commune hominibus tantum, quod vocat ius gentium, in quo ponit multa, quæ fuerunt inuenta ab ipso principio naturæ humanæ, vt religio erga Deum, honor in parentes: multa etiam ponuntur, quæ post ea orta sunt, & inuenta, vt seruitutes, manumissiones; & quod omnia prædicta sint de vno, & eodem iure gentium probatur in.d.l. manumissiones, in ver. quoq; implicatiuo, cuius natura est importare, quòd non solum præmissa sunt de iuregentium, sed etiam seruitus, & manumissio.l. seruum quoque. in prin. de procura. &.l. ex maleficiis.§. is quoque. de act. & ob. & similiter tex. in.d.l. ex hoc iure refert se ad ius, de quo dixerat in.d.§. iusgentium: sed ad ista respondet Soci. in.d.l.i. in prin. saluando vtranque opin. dicens, quod vnum est iusgentium in genere, alteratum secundum varietatem remporum. arg. tex. in.c. non debet. de cõsanguin. & affi. & instit. de iur. naturali. & c. §. constat. iunct.l. ius autem Ciuile de iust. & iur. & hoc satis esse videtur etiam de mente Bar. in.d.l. ex hoc iure, & sic potest dici vnum, vel duplex secundum diuersas considerationes.

Et adhuc contra Bar. facit tex. in.l. veluti. de iust. & iu. vbi ponuntur exempla iurisgentium, de quo prædixerat, veluti erga Deum religio, & vt patriæ, & parentibus pareamus, & sic prædicta omnia sub vno, & eodem iuregentium ponuntur, & tamen secundum op. Bar. illud, quod patriæ pareamus, non esset de eodem primo iuregentium, de quo sunt alia, sed de secundario, quia fuit introductum, postquàm dominia fuerũt distincta, & regna occupata, quia prius nullus propriam patriam habebat, & quæ distinctio dominiorum & occupatio regnorum secundum Bar. fuit de iure gentium secundario.

Secundo contra Bar. facit tex. in.d.l. ex hoc iure, vbi dicitur, quòd ex illo iure gentium obligationes sunt inuentæ, & tamen simul cum illis ponuntur alia, quæ ex constitutione humana fuerunt inuenta; si ergo esset duplex iusgentium, ibi probaretur, quod obligatio naturalis esset de iuregentium secundario. sicut alia, quæ ibi ponuntur sub eadem determinatione, quod Bar. negat. & illud quod ex naturali ratione est inductum, sine constitutione humana, non videtur esse de iuregentium, vt dicit Bar. sed de iure natural. e. ius naturale, prima distinct. & probatur in.c. iusgentium, eadem distinct. quod ea tantum sunt de iuregentium, quæ ex constitutione hominum habuerunt ortum; ex quibus etiam iuribus cõfundi videtur opi. Soci. qui vult, quod omnia prædicta sint de eodẽ iuregentiũ in genere, & tñ ibi dicitur, quod quædam sunt de iure naturali, & quædam de iuregentium.

Sed pro opi. Bar. videtur casus in.§. quod vero, iuncto.§. ius autem gentium. Instit. de iure naturali, vbi probatur, quod vnum iusgentium constituit rationaturalis, & sic ex naturali constitutione oritur. & idem probatur in.l. omnes populi.§. fi. de iust. & iur. & aliud ius humanæ gentes constituerunt humanis necessitatibus exigentibus, & sic, quod ex constitutione humana procesit, & de vtroque sub nomine generis loquitur tex. in.l.i.§. fi. de iust. & iur. quod patet, quia appellat iusgentium, quo vtuntur omnes gentes, quæ verba conueniunt, tam primeuo, quàm secundario iurigentium, dicto.§. quod vero iuncto.d.§. ius autem gentium, & in legibus sequentibus ponuntur exempla promiscue, quæ ad vtrunque pertinent.

Vel dici potest, quod licet patria sit de iuregentiũ
2 secundario, † tamen parere ipsi patriæ, est de iuregentium primeuo, sicut quod pareatur patri, de quo fit mentio in.d.l. veluti gratia exempli Ideo idem e† in alio casu simili, vt dicit tex. in.d c. ius naturale in fi. ibi aut si quid huic simile &c. non enim inconuenit quòd quis patriam dicatur habere de iuregentium secundario, & tamẽ quòd debeat illi parere, ex primeuo, quia postquã patria est quæsita, & non curo, quo iure, æquitas naturalis extẽdit se ad hoc, & inducit, vt illi pareatur, sicut etiam per traditionem transfertur dominiũ deiure naturali.§. per traditionem. Instit. de rer. diuis. id est de iuregentium primeuo, quod etiam naturale appellatur.§. singulorum. Instit. de re. diu. & tamen contractus, & dominium ipsum quæsitum est de iuregentium secundario.d.l. ex hoc iure; & hoc, quia per traditionẽ seruare fides & promissio expressa, vel tacita, quæ oritur ex natura contractus, & quæ obseruantia fidei est de primeuo iuregentium.l.i. de const. pec. &.l.i. de pact. quod extendit se ad actum traditionis, qui debet interuenire pro implemento fidei. argumẽ to.l.i.§. lex falcidia ad leg. falcid. cum ibi not. per Bar. Non ob.d l. ex hoc iure, in quantum ibi dicitur, quod obligationes sunt ortæ ex hoc iure, quia loquitur de obligatione efficaci, nam licet primo iuregentium naturalis obligatio oriatur, ex illo tamen iure non habebat effectum maxime agendi, sed de alio iuregentium, quo Reges esse cœperunt, incœpit habere effectum per manum regiam, v. dicetur infra, vnde naturalis obligatio respectu inuentionis est de primeuo iuregentium, & potest nunc dici de iuregentium secundario, ex quo efficaciam, & executionem ab illo suscepit.l. ius ciuile de iust. & iu.

Et ex prædictis etiam respondetur ad.c. ius naturale, quia ibi ius naturale capitur large, & sic etiam continet iusgentium primeuum, quod etiam ius naturale appellatur.d.§. singulorum & in.d.c. ius naturale; & 3

prædictis

prædictis etiam non obst.d.c.ius naturale quia in illo text ius naturale capitur large, & sic etiam continet iusgentium,quod & ius naturale appellatur.d.§.singulorum.Instit.de rer.diui.sed etiam videntur poni exempla etiam secundarii iurisgentiũ , dum dicitur, rei cõmodatæ,vel depositæ restitutio &c.& tamẽ illi cõtractus sunt de iuregentiũ secundario,quia ex cõstitutione humana sunt introducti.d.§.ius autẽ gentium,&.d.l.ex hoc iure:ad quod respondetur, ꝙ quãuis contractus cõmodati,& depositi sit ex secũdo iu
4 regentium,†ipsa tamen restitutio rei cõmodatæ , & depositæ est de primeuo iure gentium , quia per illã fides obseruatur , & in obseruatione fidei versatur, quæ est de dicto iure.l.i.in prin.de cõsti.pecu.&ideo tex.in.d.c.ius naturale,nõ loquitur de cõmodato,& deposito,sed de restitutione rei,vel pecuniæ cõmodatæ, aut depositæ,quæ nõ tendit ad contractum.sed potius adeius resolutionem,& ad distractum, uel est
5 dicendum,& forte melius † ꝙ est ius naturale simpliciter,& omni respectu,& illud est ꝓprie tale,quia habuit ortum ab instinctu naturæ,& est cõmune omnibus animalibus.Insti.de iur.natur.in prin.&.l.i.§.ius naturale,de iusti.& iu.est & ius gentiũ simplex, & oĩ respectu,sicut est illud,quod gentes humanæ sibi cõstituerunt,& apud omnes gentes peræq; custoditur, dicto.§.ius autem gentium.Insti.de iure naturali , & d.c.iusgentium.i.distinct. Tertiũ est ius,quod omni respectu, & simpliciter nõ dicitur ius naturale , neq; etiã iusgentium,sed vno respectu potest appellari ius naturale,& alio respectu iusgentiũ,sicut est illud , ꝙ natura constituit,& ab omnibus gentibus custoditur, nã quia ex instinctu,& naturali cõstitutione descendit ius naturale,tanquã a causa efficienti potest nominari.d.c.ius naturale,&.d.§.singulorũ,&.l.i.de cõst. pec.in prin.et.l.i.in prin.& ibi not. de pact.verũ , ꝗa non est cõmune omnibus animalibus,sed tantum rationalibus,nõ potest dici simpliciter ius naturale,sed alio respectu appellatur iusgentium,quo omnes gentes vtuntur.d.l.omnes populi.§.fi.&.d.§.quod vero Instit.de iur.natur.& sic ab vsu, & ab effectu iusgentiũ appellatur : Et quia ex cõstitutione humana non oritur,sed ex naturali, ꝓpterea iusgentium simpliciter,& omni respectu dici non potest:& istud optime ꝓbatur in.l.i.sup.locat.vbi dicitur , quod locatio est cõtractus naturalis,& omniũ gentiũ : naturalis.n.dicitur ꝓpter consensum,vt ibi,& omniũ gentiũ, quia eo vtuntur omnes gentes, istud ergo tertium ius participat de primo,& de secundo , & dici potest , ꝙ de simplici iure gentium magis participat, quia effectus magis attenditur,quã modus.l.si mater.C.de insti.& substi.&.l.si mulier,in prin.ad trebel.deo appellatur per ius ciuile potius iusgentium,quã ius naturale, vt in iuribus præallegatis,& in.d.§.singulorum,arg.l. quæritur hermaphroditum, de stat.homin. vel forte sic per ius ciuile denominatur ad differentiam simplicis iuris naturalis,&nõ quia de illo minus participet, & hoc vr̃ verius per tex.in.§.sed hæc naturalia.insti. de iur.natu.qui de tali iure loquitur,&ibi ratio nãlis sola ponderatur:De tali igitur iure quodãmodo mixto orta est naturalis obligatio,& nõ de iure naturali simplici,quod est cõmune etiã brutis.d.l.i.§.ius naturale, & quãuis quidã aliter dicant,rationes eorum sunt adeo fragiles,quòd non sunt dignæ recitatione, & tolluntur clare per prædicta,si recte animaduerta tur,& ineptissima responsio datur ad.l.i.§.fi.qui expresse probat,quod iusgentium,de quo ibi in substãtia differt a iure naturali simpliciter sumpto, de quo prædixerat,† & ideo istius obligationis capax est ser
6 uus.d.l.si id quod,de condict.indeb.quia illo iure nõ fuit status serui annihilatus, sed de sequenti iure gentium mero,& simplici,vt etiam dicit Bar.ibi,& sicut videmus,quod deportatus,qui est incapax eorũ,quæ sunt iuris ciuilis,vt plene traditur in.l.i.C.de hære. instituen,est tamen capax eorum,quæ sunt iusgentiũ ideo potest acquirere ex cõtractu ab illo iure introducto.l.si tibi mandauero,§.is cuius,manda, & declarat Bar.in.l.si victum,de re iudi.qui etiã dicit , quòd seruus pœnæ,quia est capax eorũ,quæ sunt iuris gentiũ,erit capax eorũ,quæ sunt iuris ciuilis,puta actionis,quando venit ad executionem iuris gentium cuius est capax.puta legati alimentorum , quæ sunt de iure naturali.l.legatũ,de capi.dimi.&.l.iii.de iis quæ pro non scrip.hab.

Et per hoc potest inferri,quod cũ seruus sit capax
7 naturalis obligationis,(vt dixi) † quod illi cõpeteret manus regia contra dominũ ipso iure,quæ ꝑ illa cõpetit quãuis sit de iure gentiũ secundario,quia venit ad executionẽ iuris', cuius capax est seruus, quãuis a domino repelli posset, per except. dolo facis petere &c.Et ideo factus liber habebit illud remediũ cũ effectu cõtra dominũ,quòd nõ cõpeteret, si ipsi adhuc seruo existenti,ipso iure nõ fuisset quæsitum.l.serui, & filii.in prin.de furt.

Nec prædictis ob.quod vnum iusgentiũ,per quod status serui fuit annullatus,potuerit tollere aliud ius gentium,& per consequens facere,quod seruo contra dominum non quæreretur naturalis obligatio. quia secundum Pau.de Castr.in.d.l.ex hoc iure,seruus factus fuit incapax ad vtilitatem domini , vt illi quærat,sed quia non potuit seruus domino quærere illam obligationem , quia sibi ipsi fuisset obligatus, propterea remanet penes seruum, & cum hac solu. transit etiã Soc.in.d.l.i.in prin.de acquir.possess.quæ non videtur vera , quia quamuis domino dicto casu non potuisset quæri naturalis obligatio,potuit tamẽ fieri quod seruo non quæreretur ab initio dicta obligatio contra dominum,&ne dum per secundarium iusgentium, sed etiam per ius ciuile, quod potest impedire ortum naturalis,licet eam iam ortam tollere non possit.l.si non sortem,in prin.de condict.indeb. & per Bart.in.l.cum lex, de fideius.& sic etiam fieri debuisset,si ad vtilitatem domini seruus factus incapax fuisset,vt dicunt prædicti, quia quod seruo non quæratur obligatio naturalis , cedit ad commodum domini,ideo non minus respectu huius commodi debuit seruus incapax fieri,quam respectu acquisitionis,dicendum est ergo , ꝙ non impeditur acquisitio. quia non subest ratio,quare debeat impediri , & acquisita obligatio non tollitur,quia iusgentium secũdarium non potuit tollere primeuum iusgentium, quia non est simpliciter tale,sed participat etiam de iure naturali,( vt dixi ) Instit. de iure natur.d.§.sed naturalia,vbi text.proprie loquitur ( vt dixi ) de dicto primeuo iure gentium,& dicit illud esse immutabile ratione prædicta,& deinde subdunt prædicti moder. quod ab initio inefficax erat dicta naturalis obligatio ex defectu superioris , qui ius redderet , sed post dominia distincta,& regna condita cœpit habe-

8 re executionem † manu regia.l.ii.in prin. de origine iur.& hoc etiam præsupponit Anton.de butr.& Imo.in.c.quæ in ecclesiarum, de constit. & quamuis non dicant idem, dicit etiam Bar.in.l.frater a fratre, de condict.in deb.immediate post apparatũ, qui etiã subdit, ꝙ lex non curauit prouidere domino, vel patri contra seruum, vel filium de remedio actionis, vel de ciuili obligatione, quia in eis adhuc durat illa potestas regia, quoniã ratione potest.atis in seruum, vel filium sibi possunt dicere ius propria authoritate, ꝑut hæc ratio assignatur secundũ eum in.l.serui & filii.in prin.de furt.sed contra hoc vltimum facit, nam de iure illo gentium, quo cœpit esse potestas regia, ad huc non erat patria potestas, quæ de iure ciuili cœpit esse.l.nam & ciuium.de his, qui sunt sui, vel alie. iur.& insti.de patr.po.in prin.& sic nõ potest dici reseruata, sed per ius ciuile de nouo concessa, nisi dicatur, quod licet per ius ciuile patria potestas fuerit introducta, præcessit tamen obligationem ciuilem, & actionem inuentam ab eodem iure, vnde non fuit data patri contra filium, quia per patriam potestatẽ præcedentem, & datam ad instar manus regiæ, patri erat pinguius succursum.

Ex præmissis igitur inferunt etiam dicti Moder.
9 † quòd manus regia locum habebat ne dum in pact. vestitis, sed etiam in nudis, ex quo etiam ex illis oritur obligatio naturalis.l stichum.§.naturalis de solu. & secundum Anto & Imo.in.d.c.quæ in ecclesiarũ, istud est etiam de mente Innoc. & Compostel.ibi dũ dicunt, quod si adiretur princeps pro executione naturalis obligationis, quod peccaret, si non faceret eã exequi.& plus vult Anto.de Butri.in.d.c.quæ in ecclesiarum.quod obligatio naturalis, quæ oritur ex pacto nudo, etiam de iure ciuili habeat executionem ex lato iudicis officio & sic coram quocunque iudice.Sed in hoc vltimo contrarium tenet Alexan.in.l. iurisgentium, §.Sed cum nulla.de pact.& ea ratione, quia de iure gentium introducta sunt etiam vestimẽta pactorum secundum Bart.in.ead.l.§.quinimmo, ꝑ quibus non competebat actio, quæ illo iure adhuc nõ erat inuẽta, sed manu regia administrabatur iustitia, si ergo idem fuisset quando pactum erat nudum frustra introducta fuissent dicta vestimenta ad hunc effectum, quia inter pactum nudum, & vestitum non fuisset differentia, nec responsio Soci.in.l.legem.C. de pact.tollit dictam rationem Alexan.dum dicit, ꝙ differentia, quæ fit inter pactum vestitum, & nudum fit solum ad effectum actionis, & non respectu manus regiæ.l.iuris gentium in prin.ff.de pact.quoniam differentia, quo ad effectum actionis facta fuit post ius ciuile, a quo oritur actio, sed de iure gentium vestimenta pactorum non fuerunt inuenta ad effectum actionis, quæ illo iure non competebat, sed vt haberet locum executio per manum regiam; & ex qua ratione Alexan. etiam sequitur, quod pro pactis nudis olim, &.hodie manus regia locum non habebat contra prædictos doct.non solum, quando peteretur executio coram magistratu inferiori, sed etiam coram principe, quamuis Alexand.in.d.§.sed cum nulla, in hoc vltimo aliter videatur sentire, quoniam ratio sua locum habet etiam dicto casu, cum (vt dictum est) manus regia olim exerceretur solum super pactis vestitis, quia adhunc finem tantum inuenta fuerunt vestimenta pactorum, quæ fuissent superflua.si pactum nudum modo prædicto habuisset executionem; Videtur ergo, ꝙ ius gentium secundarium non introduxerit indistinctè, ꝙ omnis obligatio naturalis haberet executionem, sed dumtaxat illa, quæ oriretur ex contractibus ab eo inuentis; quo vero ad alias obligationes non reperitur, ꝙ sit recessum a primo iure
10 gentium.Et per hæc infertur, † quod imperator non peccat, si non exequitur obligationem ortam ex pacto nudo, quia (vt dictum est) nec iure gentium, nec iure ciuili habet effectum dicta obligati .d.l.iuris gẽtium.§.igitur nuda, & quæ lex ciuilis etiam in foro conscientiæ est seruanda secundum gl.& doct.in d. c.quæ in ecclesiarum, cum concordan.de quibus per Muder.in.c.i.eod.titu.Nec videtur verum, quod Innocen.in loco præallegato dicat contrariũ, sed vult, quod licet ius ciuile possit tollere actionẽ sine causa, quia fuit ab eo concessa, nõ tamen potest facere, quin ministretur iusticia, quæ verba non important necessitate, quod princeps teneatur executioni demandare pactum nudum, sed intendit dicere, quod illis casibus, quibus actio competebat, & est sublata, ꝙ ille, cui prius competebat redire potest ad remedium manus regiæ, quod potuit per ius ciuile auferri solũ ex causa scilicet dando aliud remedium, scilicet actionis, sed illo sublato ius gentium habet locũ, quia causa cessat.& sic vult.Innoc.quod manus regia in casu in quo tollatur actio locum possit habere, & sic quãdo pactum erat vestitum, quia aliter non potuisset actio competere regulariter.d.§.igitur nuda.

Nec videtur etiã verum, quod exerceretur olim manus regia propter defectum magistratus, vt dicunt etiam prædicti moder. quia hac ratione attenta ante manum regiam inuentam potuisset etiam obligatio naturalis habere executionem, quia vbi deficit copia iudicis, potest quis propria authoritate sibi ius dicere.l.si alius.§.bellissime, quod vi, aut clam, & per Alexan.late.in.l.i.§.nunciatio, de oper.no.nun.non tamen dico, nec dixi, quod manus regia sit de iure gentium primeuo.sed quod potuisset illo iure propria authoritate quis dicere sibi ius, si ratio prædicta, & ꝑ dictos moder.assignata esset vera; & per prædicta po
11 test dubitari, † verum pactum nudum in curia mercatorum habeat executionem, & effectum, & tenendo, quod pro illo locum habeat manus regia ex æquitate naturali.l.i in prin. de consti.pecu.idem erit in dicta curia secundum moder.prædictos hic, & per Bart.in l.quintus.supra manda.& facit, quod no.idem Bar.in l.fideiussor.§.quædam eod.titu.& de quo etiam per Bal.in.l.si pro ea.C.eo.titul.& facit, quod not.Bart. in extrauagan ad repri.in versic. videbitur, vbi vult quod quando committitur causa sola facti veritate inspecta, quod procedi potest manu regia, & idem vult Bald.in.l.nemo. C.de senten.& in cap.ii.de no. for.fide.& dicit Bald.in.c.si pro debilitate de offic. delegat. ꝙ bona fides plurimum operatur in iis, qui plurimum negotiantur, & quod non differt quo ad eos pactum nudum a stipulatione all'e.l.i.in princip. de constitu. pecu. & .§.argentariorum in auten.de fideiusso.quod vltimum non firmat Alexand.in.d.§. sed cum nulla.in fin.& forte quia illud dictum sit nimis generale, si vero tenemus, quòd ex sola ratione naturali in pactis nudis locum non habeat manus regia, & tunc in prædictis casibus esset dicendum contrarium, & prout probatur ex not.per Bart.in.l.neq; enim.

in princ. de testa. mili.

12 Sed an † in contractibus innominatis olim posset habere locum manus regia, disputant etiam hic dicti moder. & hæc quæstio habet in se aliam difficultatē, videlicet, vtrum ante implementum, orta sit naturalis obligatio. de qua in. l. petens. maxime per Bald. C. de pact. & latius per eos hic. Et tenendo, quod sit orta, dicunt Perusin. quod manus regia haberet locum per prædicta, sed Senenses contra, quia quāuis orta sit naturalis obligatio, æquitas tamen cessat ex parte illius, qui non impleuit. l. cum proponas. C. de pactis, & quia in contractibus innominatis habet locum pœnitentia. l. si pecuniam de cōdict. ob cau. quæ rationes non habent locum quando vnus tantum est obligatus per pactum, sed ad primum potest responderi ex not. per Bar. in. l. si duo patroni §. si quis iura

13 uerit, de iur. iur. qui vult, quod † ex contractu emptionis, qui est correspectiuus, possit ille, qui non impleuit, agere, & cum effectu, si non opponatur cum quo transit Bal. in. l. ii. C. de his, quæ sub mo. & in. l. si traditio. C. de pact. in. iii. q. & Roma, & Alexā. in. l. filiæ licet. C. de colla. cum aliis concord. de quibus ibi per eum, ergo etiam in casu poterit procedi ad executionem, si non opponatur, quia quo ad regiam manum nō differt innominatus cuntractus a nominato, quæ competit, & oritur propter solam obligationem naturalem, & quæ vtroq; casu nata est ante implementum, licet quo ad actionem differat innominatus a nominato, quia ante implementum ex innominato non oritur, sed ex nominato sic. d. l. iuris gētium, in prin. & l. ex placito. C. de re permu. & prout dicit etiam Alexan. in. d. l. filiæ licet, nisi forte prædicti moder. intellexerint, quod non competat manus regia, si opponatur alleg. d. l. cum proponas, sed hoc etiam non negassent Perusi. quia etiam agens ex contractu nominato ante implementum, potest exceptione repelli. l. Iul. §. offerri. de act. empt. non obst etiam alia ratio, quia Perusi. negant, quòd olim in contractibus innominatis haberet locum pœnitentia, & vbi locum etiam habuisset. q. procedit quando ille, contra quē executio petitur, non vult pœnitere.

14 Quærunt etiam de alio moder. videlicet an † in contractibus innominatis possit quis se exceptione tueri ante quā pro sua parte impleat, & dicunt Perusin. quod sic, quia in æquitate fundatur exceptio. alii vero Moder. contrarium tenent, pro quibus est glos. quam non allegant in. l. i. C. de pacti. vbi clarius idem vult Pau. de Cast. & Alexan. in pen. col. vbi dicunt, quod si promisit quis non petere, vt aliquid reciperet, si petat, & excipiatur de pacto de non petendo, repellitur replicatione, quia nō adimpleuit pro parte sua, per. d. l. cum proponas.

15 Insuper dicunt prædicti moder. † quod naturalis obligatio oritur ex consensu simultaneo. l. ex cōsensu, & ibi no. de actio. & ob. & l. i. §. fin. de contrahen. emp. & per hoc sequitur secundum eos, quod ex pollicitatione non oritur obligatio naturalis, prout etiam vult Guil. & Bartol. in. l. si vnus. §. pactus, de pactis, & hoc, quia pollicitatio offerentis tantum habet consensum. l. pactum in prin. de pollicita, & l. sciendum. § si dictum, & ibi no. de ædilit. edict. & ideo fit absenti solum, quia si præsens esset, tacite diceretur consentire ad sui cōmodum, & sic esset pactum secundū Cy. & Bar. in. l. i. C. de pact. & ita vult Imol. in. c. cum contingat. de iur. iuran. in illa. q. vtrum ex iuramento oriatur actio, & Abb. in repet. c. per tuas de arbi. in. vii. col. & Alex. in. l. i. sup. de pac. & d Io. Bap. de santo Seueri. in tracta. de pact. in. vi. q. Sed Areti. in. l. ii.

16 in fin. ii. col. cum sequen. de leg. pri. vult, † quod pollicitatio possit fieri præsenti, & tacenti per. l. ex pollicitatione, de pollicita, dum loquitur de pollicitatione facta apud rem publicam, idest apud magistratus reipub. quæ dictio, apud, includit præsentiam. l. eum pro quo de in ius vocan. l. siue apud acta. C. de transact. & l. de iure. ad municipa. quia licet præsentia cū taciturnitate inducat consensum in fauorem præsentis in multis casibus, tamen secundum eum ad inducendum tacitum pactum, dicta præsentia non sufficit: sed hoc vltimum videtur contra Bart. & docto. in. d. l. i. C. de pact. & ad text. allegatum per eum potest responderi, quod ille tex. loquitur improprie, & verbum ex pollicitatione capitur large, nam per epistolam fieri potest. l. charidemus. eo. titu. secundum litteram affirmatiuam, & ibi per Bartol. & tamen tunc est pactum. l. ii. de pact. Vel secundo, & notabilius dici potest, quod ex præsentia cum taciturnitate, præsumitur quis ad sui cōmodum consentire, quando consensus tunc ad acquirendum est necessarius scilicet quādo aliter illi non acquireretur, sed quando promissio potest effectum habere, etiam si præsens, & tacēs non habeatur pro consentiente, & tunc consensus tacitus non præsumitur, & illa promissio est tunc pollicitatio, vt in casu. d. l. ex pollicitatione, sicut enim cessat fictio, vbi potest aliter actus substineri. l. & quia ratio. de condit. insti. ita etiam cessare debet præsum

17 ptio, & quod † immo ex pollicitatione facta absenti oriatur naturalis obligatio, voluit Abba. in c. qualiter. de pact. per illum text. & quia inter iuramentum, & simplicem loquelam Deus non facit differentiam. c. iuramenti. xxii. q. v. & ista opinio confirmatur, quia qui pollicitationem non seruat, peccat secundū Abba. in. c. inter vniuersas, de elect. per illud psalmistæ, quæ processerint de ore meo, non faciam irrita. ergo naturaliter obligatur, quia alias non peccaret, per ea quæ not. per Inno. in. c. nouit. de iudi. & per alios in d. c. quæ in ecclesiarum, de constitut.

Secundo, quia interuallum non vitiat alios cōtractus. l. si stipuler. §. i. cum gl. inf. eo. & sic oritur naturalis obligatio, & tamen consensus propter interuallum non potest dici simultaneus, secundum Rayn. quem refert Imo. in. l. i. §. si quis ita. inf. eo. pari ratione ex promissione facta absenti, debet oriri, si ille, cui promittitur, acceptet postea: nam quæstio procedit, quando sequitur acceptatio, quia si non aceptaretur, sine dubio promitens non obligaretur, & ita præsupponit Felin. & bene in. c. i. de pact. nam omnibus casi-

18 bus; in quibus † absenti acquiritur, semper tequiritur, quod eius consensus superueniat, vt not. in. l. si ego, de nego. ge. & sicut dicitur de priuilegio, vel beneficio, quod absenti acquiritur, vt declarat Bar. in. l. fin. de consti. princ. & Roma, & moder. in. l qui absenti. in prin. de acqui. poss.

Tertio, quia ex tacito pacto absenti quæritur dicta obligatio. l. ii. & l. si creditores, & ibi not. doc. C. de pact. & l. iiii. in. fi. sup. de nego. gest. & ibi not. Bal.

19 † quòd tacita donatio valet inter absentes, facit. l. solutum. §. solutam. de pig. act. & l. item quæritur. §. qui impleto locat. vbi probatur, quod tacitum pactum prodest

deſt etiam ad agendum ſecundum Alexā.in.l.ſi cum dotem,in prin.ſolu.matri.& dicit Bart.in.l.i.de condict.indeb.ꝙ ex ſnla naturali æquitate obligatur quis naturaliter, & etiam abſens & furioſus qui non conſentit,ſicut quādo eorum negotia vtiliter geruntur, vt ibi latius per eum: Quarto prædicta opinio probatur in.l.pactū.§.ſi.de pollicitatinne vbi habetur quod ſolutum ex pnllicitatinne nñ repetitur, ergo ſoluens erat prius ſaltē naturaliter nbligatus, quia alias daretur cōdictin indebiti per not.in.l.i.de condict.indeb.

Quinto facit,nam pollicitatio ex cauſa facta reip. producit naturalem,& ciuilem obligationem.l.hnc iure,in ver.tenetur de donat.&.l.i.§.i.& ibi not.de pollicit.hoc ergo caſu æquitas naturalis,ex qua obligatio naturalis oritur,potius cauſatur a promiſsione & cauſa,quā ex qualitate eius,cui promittitur, quod patet,quia nbligatin non oritur, ſi cauſa non exprimatur,eadem ergo ratione,facta cum cauſa cuilibet abſenti,debet ad minus producere naturalem nbligationem: Et plus voluit Roma.in conſ.ccxcv.donatio
20 patris &c.videlicet ꝙ indiſtincte† donatin facta cuilibet abſenti ſit efficax ad agendum;ꝙ eſt intelligendum ( vt dixi ) ſubſecuta acceptatinne: & prim.per text.in.l.nec ambigi.C.de dnnat.intelligendo text. ſimpliciter iuncta.l.item veniunt.§.a quo.de peti.hæredit.vbi prnbatur,ꝙ non refert,a quo ſit denuntiarum,& ſic ſatis eſt,ꝙ abſenti innoteſcat aliter, q̃ per nuntium,vel epiſtnlam.

Secundo allegat.l.fin.in verſic. an per alium, deſponſal.quod verbum, ad nuntium referri nō poteſt de quo prædixerat, nec ad procuratorem reſtringi debet.

Tertio adducit.l.nihil probibet.C.ſi quis alte.vel ſibi,vbi probatur,ꝙ per quamlibet mediam perſonā etiam ſi non ſit nuntius,vel procurator contrahi poteſt, & quæ requiritur ad hoc, vt abſens intelligat, qnid actum ſic vt conſentire poſſit.

Quarto facit ſecundum eum,quia quando quis donauit abſenti per nuntium, vel epiſtolam, neceſſe nō
21 eſt ꝙ † donatarius voluntatem ſuam declaret per nūtium,vel epiſtolam, ſed in abſentia pnteſt conſentire ſecundum Archid.ſin.xxx.q.v.nec illud. & Bald.in rubr.C.de confeſſ.ſicut ergn ex parte donatarii nō requiritur nuntius vel epiſtola, ita nec ex parte donātis,quia par,& æqualis eſſe debet cōtrahētiū cōdi.l.ſi cū dies.§.arbiter de arbitris.l.cū pecunia de ſolu, & l.cū empt.C.de reſcid.vendi.& l.ſi.de acceptilat.

Quinto adducit.l.ex conſenſu in princ.de act.& obliga.& Inſtit.de obliga.quæ ex conſenſu.§.ideo in verſ.veluti per nuntium, vel epiſtolam & ſic exemplificatiue,& quia exempla non reſtringunt regulam l.damn.infecti ſtipulatio.in prin.de damn.infec.ſatis eſt,quòd de conſenſu etiam per quemcunque alium appareat.

Vltimo allegat.c.ſi tibi abſenti de præbendis in.vi, ſimpliciter intelligendo tex.

Nec prædictis obſt.l.cum amplius.§.is natura debet de re.iur.in verſ.cuius fidem ſecuti ſumus, quia abſens,qui acceptat, ſatis dicitur ſequi fidem ꝓmit-
22 tentis,ſed prima,& contraria opi.† eſt communis,& verior,quæ vltra prædicta probatur in.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus.ſ.eod.in verſ.nullam obligationē, per quod verbum probatur, ꝙ abſenti non quæritur ex promiſsione etiam naturalis obligatio, quamuis pro abſente alius ſit ſtipulatus, & idem probatur in l.i.§.quod ſeruus meum. de ſtipulat.ſeruo.in verſic. nullius momenti,& in.§.ſi quis alii, & in.§.alteri Inſtitu.de inutilib.ſtipula.in verſi.nihil agit, quod præſertim verum eſt, ſi verba obligatiua referantur ad abſentem ſecundum glo.in.l.ſtipulatin iſta.§.ſi ſtipuler.infra eod.& declarat Alexand.in eadem.l.§.alteri.vbi ita tenet per prædicta iura,& idem in pacto facto pro abſente,quia nec ex illo oritur naturalis obligatio.l.quo tutela.§.fin.de reg.iur.nec etiam parit exceptionem regulariter.l.reſcriptum.§.fin. de pactis, & tamen ex æquitate nritur exceptio.l.qui exceptione.de doli except.

Nec obſt. allegata in contrarium, & pri.text.in.c. qualiter,de pactis, quia intelligitur ille text. de promiſsione valida ſecundum Io.And. & Ant.de Butr. & pro hoc facit.l.iiii.§.condemnatum de re.iud.&.l. non putauit.§.non quæuis de bono.poſſeſ.contra tabulas.

Non obſt.c.iuramenti. xxii. q.y.quia intelligitur de ſimplici loquela,quæ habeat in ſe dolum, vel deceptionem ſecundum Abb.in procem.grego.vbi etiam tenet,ꝙ ex ſtipulatione facta alteri non quæratur na-
23 turalis obligatin, & ideo ſecundum eum † non peccat,qui promiſsionem non ſeruat, & ex hoc apparet quod minus recte loquitur.in.c.inter vniuerſas, de ciect. vbi contrarium tenet per illam authoritatem pſalmiſtæ,quæ non obſtat,quia debet intelligi de promiſsinne valida,& efficaci, & ex qua quis obligatur alteri,ſaltem naturaliter,alias ſine peccato nunquam liceret pœnitere, quod eſt falſum ſecundum Abbat. in.d.procem.& Alexand.in.d.§.alteri.

Vel dic, quod iſtæ authoritates procedunt, quo ad Deum,qui differentiam oon facit inter ſimplicem loquelam, & iuramentum, & qui non facit irritum quicquid proceſſit.&c.ſed quo ad eccleſiam, eſt differentia ſecundum Io.Andr.& alios in.c.debitores. de iure iur.& ibi probatur per aliqua exempla, quo ergo etiam ad hoc de quo agitur eccleſia facit differentiam.

24 Non obſt.etiam ꝙ † interuallum alios contractus non vitiet.l.ſi ſtipuler.§.i.quia illud eſt verum,quando promiſsio facta fuit præſenti,vel abſenti per nuntiū, vel epiſtolā.i.quia per organum videtur tunc loqui.l.qui autem.§.fin.de conſtitu.pecu.& propterea conſenſus ſatis dicitur tunc ſimultaneus,quicquid dicat Ray.in.l.i.§.ſi quis ita infra.eod.quem repræhendit Alexandr.ibi,cum enim promittens dicto modo conſenſerit,præſumitur conſenſus durare.l.cum tacitum de probat,& declarat Ioan.Andr.in.c.licet de procurat.in.vi,& Hoſtien.& Io.Andr.in.c.ex literis el.ii.& in.capi.dilectus de ſponſal, & Abba. in.c.cum inter canonicos.in.i.col.de elect.& Alexan.in.d.l.ſi ſtipuler.in fin.ideo quandocunqne alius conſentiat, dicuntur contrahentes ſimul conſentire,ex qun durat conſenſus primi, ſecundum prædictos dnctor. & maxime Abba. in d.c.cum inter. & hoc reſpectu dici poteſt, quod conſenſus alterius ſuperueniat incontinenti,& probatur ex notat. per Bartol.in.l.i.§. interdictum,vti poſsid.& per Modern.in.l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas de acquirend. poſſeſsion. & probatur ex notat. per Anton. de Butr. & Imol. in cap.i.de litis conteſtat.& per Domi.in cap.ii.eod. titu.libr.vi.dum dicunt, quod inducitur litis conteſtatio

ſtatio

testatio, quæ est simul attestatio per respõsionem rei factam etiam ex interuallo, & actore absente, quia actor præsumitur in eadem voluntate durare.

Non ob.l.ii.&.l.si creditores.C.de pact.quia secũdum doct.illud procedit in pacto tacito etiam ex parte promittentis, & in expresso secus, & potest esse ratio, quia vbi pactum est expressum, declarari potest cõsensus per nuntium, vel epistolã, sed vbi consensus est omnino tacitus, ibi nõ cadit epistola, vel nũcius, quia alias esset expressus, ideo tũc inter absentes operatur, sicut dicitur de matrimonio, in quo uerba requiruntur.c.tuæ, de sponsa.quia hoc habet locum in valentibus loqui, in aliis uero sufficit nudus consensus secũdum docto.ibi.

25 Non obst.ꝙ † ex pollicitatione facta cum causa rei publi.oriatur obligatio, quia illud est speciale fauore reip.l.i.§.i.de pollicitat. Nec est verũ, quod hoc tribuatur tm̃ ipsi causæ, sed illi, & resp.simul, & ideo nõ valet facta priuato etiã cũ causa.d.§.i.& casu quo ex ea oritur actio, dicto casu speciali, arbitror quod sit datiua, & nõ natiua, & sic quod nõ oriatur ex pollicitatione, sed quod detur a lege ꝓpter pollicitationẽ, sicut ex pacto nudo de donando non oritur actio, sed datur per legẽ propter donationẽ secundũ Bart.in.l. legitima de pact.& ꝓbatur in.l.pen.de pollicitat.ibi ex cõstitutione diui Traiani obligatus est, &c. & hac ratione promissum exigitur quasi debitũ, vt dicit tex. in.l.pactum eo.tit.quia.s.non oritur ex promissione, sed datur a lege, & quãuis in.l.ii.eo.tit.dicatur, quod ex pollicitatione tenetur, debet dictio, ex, exponi idest propter, sicut & alias.l.i.§.ex incendio. de incen. ruin.naufr.

Non ob.etiã.l.pactum.§.fi.de pollici.quia per solutionem res desiit esse integra, & statim, quod cœpit soluere, incœpit obligari, vt est expressum in.l.toties .§.i.eo.titu.sicut etiam ex pollicitatione operis facta reipub.etiam sine causa oritur actio, si cœpit opus facere.l.ii.§.i.&.l.ex pollicitatione.eod.tit.Sed vbi facta priuato fuisset pollicitatio, solutum posset repeti, tanquam indebitum, quia non obligatur tunc ille, qui cœpit adimplere, vt in dictis iuribus.

Nec etiam ob.iura allegata per Roma.in.d.cons.& pri.Tex.in.l.nec ambigi.C.de dona.quia debet intelligi, & determinari per.l.absenti.cũ ibi not.per Bart. fi.eo.l.ii.C.de inoffi.donat.

Non ob.l.fi.de spon.quia verbum, per aliũ, de quo in tex.uerificatur in procuratore, quoniam denotat similitudinem, vt not.in.l.si fugitiui.C.de ser.fugiti. nam omnis nuntius large est procurator, sed nõ e cõtra, vt not.in.l.multũ.C.si quis alteri, vel sibi in prin. gl.magnæ, nam tex.in.d.l.fi.loquitur de nuptiis cõstitutis per nuntium, vel per alium. Et ideo si intelligeretur de quolibet, qui simpliciter nunciasset Titium cõsensisse in Bertam, non dicerentur tunc nuptiæ cõtractæ per alium, sed per ipsosmet.

Non ob.l.nil probibet.quæ est.l.fi.C.si quis alteri, vel sibi, quia quãuis exempla non restringant, tamen declarant.d.l.damni infecti.de dam.infec. propterea intelligitur de persona adhibita ab ipsis contrahentibus, & non de quolibet, qui sponte, & vltro nũtiasset promissionem factam altero absente, & per hæc etiã respondetur ad.l.ex consensu, & ad.§.ideo allegat. in contrarium. Vel dici potest, quod dictio, veluti, de qua in.d.l.fi.stet potius expositiue, & declaratiue, quã exemplificatiue, vt ꝓbatur in.l.ii.de pact.cum aliis de prealleg.vbi dicitur, quod inter absentes pactum contrahitur per nuntium, vel epistolam.

Nõ obst.etiã quod not.Bar.in.l.i.de cõdict.indeb. quia in casu suo suberat æquitas naturalis.s.ne quis locupletaretur cũ aliena iactura.l.nam natura de cond. indeb.& ne negotia absentis, vel alterius, puta furiosi desererentur, Instit.de oblig.quæ ex quasi contrac.in prin.quæ in casu nostro cessat, quia esse potest, quod ꝓmissio facta absenti, non fuit deliberata, per ea quæ dicẽtur postea: nõ ob.postremo ꝙ no.Archi.xxx.q.v.
26 nec illud, quia si ille, † cui mittitur nũtius, vel epistola illo præsente cõsentit, dr̃ præsente illo, qui misit nũtium cõsentire, quia nuntius ꝓ illo loquitur.d.l.qui aũt.§.fi.ac etiã præsente illo, qui mittit epistolã, quia per illam, mittens dicitur loqui, vt ꝓbatur ex not.per Bal.in.l.fi.C.de cõdi.ob cau.vbi vult, quod si ex forma statuti, doctor qui legit medicinã, debet habere salarium certũ, & vnus cæperit legere, quamuis non sit specialiter cõductus, dicitur statim cõtraxisse cũ rep. & propterea illo anno non poterit remoueri, nec tũc dicitur inter absentes contrahi, quia lex vbique est, & semper loquitur.l.Arriani. de hære.& idem ꝓbatur ex not.per Doct.in.d.c.i.de lit.conte. qui dicunt, ꝙ
27 ex responsione rei facta absente actore † lis cõtestatur quia libellus pro actore semper loquitur., & propter hoc præsens esse videtur, & idẽ in effectu vult etiam Bar.in.l.nuda de dona.Concluditur ergo, ꝙ ex pollicitatione, & ꝓmissione facta absenti, nõ oritur obligatio etiam naturalis. Prædicta aũt conclusio limitatur pluribus modis. Et primo fallit in pollicitatione facta ob certã causam reip.vt dixi.d.l.hoc iure de dona.& l.i.§.i.& quasi per totũ de pollici. Secundo fallit quando promissio facta absenti tendit ad liberandum, quia valet tunc sine nuncio, vel epistola secundum gl.in.l. postquã lit.C.de pac.cum qua multi transeunt, & est cõmunis opi.secundum Alex.ibi, & hoc casu intelligi potest.l.labeo.de iur.iuran.secundum Bald.in.d.l. quamuis gl.Bar.& alii intelligant illum text.quando interuenit nũtius, vel epistola, & de hoc per Moder. in.l.idem in duobus de pact.ꝙ aliter non prosequor, quia iste non est locus suus proprie.

28 Quarto fallit in promissione † iurata facta absenti secundũ Abb.in.d.procem.gregor.per gl.i.q.7.quotiens cordis oculus, & de hoc per Alex.late in.l.stipulatio ista.§.alteri infr.eo.hoc.n.casu iuramentũ dirigitur in Deũ qui præsens est, & qui recipit pro absente.l.ꝓperandũ.§.sinautẽ reus, vers.cũ aũt.C.de iudi.

29 Quinto fallit, quando † promittitur absenti intuitu Dei secundũ Abb.in.d.procem.sed hoc videtur cõtra not.per glo.in.l.illud.C.de sacrosanct.eccle.quæ vult, ꝙ donatio facta pauperibus, vel ad pias causas in absentiã nõ valeat, quæ gl.procedit secundũ Bar.ibi, quando cõstabat ꝙ quis donare volebat, sed in dubio valeret, vt pollicitatio, vel vt votum, & obligaretur quis personaliter tm̃, non autẽ ipso iure transisset dominium sm̃ eũ, per.l.iii.de pollicit. Videtur tamen, ꝙ possit valere etiã vt donatio, ex quo fit intuitu Dei, q̃ præsens est, (vt dixi) & hanc rationem allegat & cõtra.d.gl.Pau.de Cast.in.l.decernimus.C.de sacrosa. eccle.quæ immediate præcedit.d.l.illud, & cogitandum relinquit, & eandem rationem etiam ponderat Ang.in disput.In refulgenti palatio, Vnde Petr. dicebat, quod sola præsentia Dei non includit acceptatio

nem, vt per Cy.in.d.l.illud,& Io. And.in addit.ſpec. de inſtru.editio.§.nunc aliqua.ver.ſi.ſed an pauperes &c.quæ reſponſio non videtur procedere,quia eadē ratione non obligaretur quis abſenti ex promiſsione iurata,& videtur cōtra no.per Cy.& Bar.in.l.i.C.de pact dum dicūt, ꝙ præſens ad ſui cōmodum præſumitur conſentire.niſi dicamus, ꝙ facta fuit donatio nedum ad cōmodum præſentis,ſed etiam donantis,vt.ſ. veniam conſequatur a Deo,ideo certi reddi nō poſſumus,vtrumDeus acceptauerit illius elemoſynā,quod nō ſatis facit.quia intuitu dei fit,& fieri debet principaliter,& ſubdit Io.And. in loco prædicto,ꝙ ſi ꝓmiſſio eſſet facta pauperibus abſentibus cum cauſa , puta ob magnam penuriam,ꝙ valeret, ſicut valet pollicitatio facta ciuitati ob cauſam,&hoc modo intelligitur, quod not.Bar.in.d.l.illud, dum dicit , quod in dubio promiſsio valebit,vt pollicitatio, quia hoc erit verū, ſi cauſa exprimatur,alias valebit,vt votū ſecūdum eū,

Sexto fallit,quo ad effectum denunciationis euangelicæ ſecundum Ant.de Butr.& Abb.in.c.ſi cautio, de fide inſtrumento. cuius contrarium vult Abb.in d.proœm.quia non eſt orta naturalis obligatio,&quā rationem contra prædictos allegat etiam Alex. in.d. §.alteri.

Subſequenter dicunt prædicti Moder.ꝙ ſuper venit poſtmodum ius ciuile approbans contractus veſtitos,& quæ approbatio ſecundum eos eſt ciuilis obligatio,Et hoc etiam prius voluit Bart.in.d.l.ſi vnus, §. pactus de pact. Et approbauit etiam pactum nudum in certis caſibus,in his tamen approbatio nō eſt ciuilis obligatio,ſed ex ſola naturali oritur actio ſecūdum Bar.in.d.l.iuris gentium.§.quinimmo.eo.tit. In aliis vero nec approbauit,nec improbauit.

30 Item introduxit nouos contractus,†inter quos eſt ſtipulatio.Inſtit.de acti.§:de conſtituta,& not.in.l.ex hoc iure.de inſti,& iure.

Sed contra hoc videtur tex.in.l.an inutilis.§.fi.de acceptilat.vbi acceptilatio,quæ fit per ſtipulationem, dicitur eſſe de iure gentium,ad quē text.gl.ibi cōiter approbata, reſpondet , ꝙ de iure gentium dici poteſt propter pactum,vel conſenſum,ſine quo non poteſt eſſe acceptilatio.l.i.de pac.& hoc reſpectu ſtipulatio poteſt etiam dici de iure gentium.

48 mihi a proculu. Circa x. op. Bar. concludit quod † in obligationib. dandi pœna cōmittitur in totū, fi vnus ex hæredib. promifforis contrafacit, vt in l. fequen. §. fi. fecus aūt in obligatione continente factum diuiduū vt hic, & ea ratione quia vnus non poteft pro alio facere, ideo implementum conditionis tunc diuiditur inter hæredes, fed alio cafu vnus poteft pro alio implere, & dare. l. fi procuratoeē. §. fi ignorātes fup. manda. vel faltē alius cogitur habere ratū actū folutionis vtiliter geftum l. fi communes ædes de neg. ge ideo tunc implementū conditionis eft indiuiduū. l. fi cui fundus de condit. & demon. contra primum. §. ꝙ vnus pofsit transferre dominium rei cōmunis tenēt quafi omnes per l. id quod noftrū, de reg. iur. & alias dixi quod. §. fi ignorantes. non probat opi. Bar. quia illo cafu fidei. habuit mandatum a debitore, quod patet, quia ibi folum qnæritur vtrum fideiuf. qui foluit de fubftantia debitoris mandati teneatur, fi igitur mādatum nō præ ceffiffet, de hoc fruftra quæreretur. & licet quidā hic conetur iftud impugnare, tñ ratio fua nihil aut parum ob. dicunt. n. fi mandatum habuit, ergo non peccauit, & quæri non debuit, an mādati teneretur: & fi dicatur ꝙ erat reuocatum tacite per folutionē debitoris etiā minus erat quærendum vtrum mādati cōtra eum pof fet agi, ex quo mādatum erat tacite renocatum. fed refpondetur quod licet mādatum erat per dictā folutionē reuocatum, quia tñ ꝓcurator, idēq; fideiuffor ignorabat mādatum effe reuocatum, videbatur, ꝙ adhuc actio mandati duraret, ficut dicimus, ꝙ fi procurator ignorauit mādatum effe reuocatum, & aliquod ꝓ dño expēdit de fuo, illi datur actio mādati cōtra dñm, quia propter ignorantiā ad euitādum damnum habetur ꝓ nō reuocato, infti. māda. §. itē fi adhuc, queadmodum ergo ꝓcurator ignorans agit mandati, qñ. vtiliter aliquid facit ꝓ dño, ita videbatur quod mandati teneretur, qñ aliquid facit ad præiudicium dñi vt in cafu d. §. fi ignorantes. Contrarium tamē ibi determinatur, qnia mādatum non habetur ꝓ reuocato ad cōmodū ꝓcuratoris ignorātis, quia nihil fibi pōt imputari, nō aūt ad cōmodū dñi, quia fuit in culpa nō certiorādo ꝓcuratorē. dicunt etiā quod nō coguntur alii habere ratum, vt dicit Bar. cōtra quē allegāt. l. fi quis ꝓhibuerit de publicia, vbi dicitur fm̄ eos, ꝙ qñ ꝓcurator reuocatus ad quē dñs erat obligatus, pōt rē vendicare quod nō effet fi nō cogeretur ratum habere fed imo, tex. ille potius ꝓbat cōtrarium, qm̄ ille dñus obtinuit quia emptor nō exceperit, & excufatur quod nō exceperit, quia ignorauit vēditorē effe ꝓcur. & ideo fi hoc fciuiffet, & contra dñm vēdicantē non excepit de euictione, emp. contra vēditorē qui erat procur. ad hoc, de euictione agere nō potuiffet, vt in tex ꝓfupponitur clare. & quia ad contrariū, de l. feq. §. fi. alias nouā refpon. dedi, aliqui etiā illā conātur impugnare, quia dicunt ipfi, ꝙ implemētum cond. tranfeat ad hære. ex natura ꝓcedentis obligationis, non eft contra fed fm̄ ius cōe. l. diē proferre. §. i. de arb. & fic nō eft verū ꝙ cōd. diuidatur in cau. l. feq. §. fi. ne cōcurrant duo fpecialia fauore ꝓmifforis, fed iftud nihil eft, quia licet. d. cafu
49 † implemētum cond. de iure cōi tranfeat ad hæredē, tñ iftud uō contingit ex natura primordialis ipfius cōditionis, fed ꝓpter aliud, & ꝑ accidēs, & fic cōtra regulā, de qua in. l. fi. x. cum petiero cum materia. §. eo. & ꝑ confequens in cafu prædic. de iure fpeciali ad hæredē trāfit conditionis implemētum, ergo non concurrit cū alio fpeciali. Nā & fictio & alia quæ introducūtur contra regulas iuris, funt de iure cōi, fed tñ quia non eft ius cōe regulare, fed fpeciale concurfus impeditur vt no. in. l. i. C. de do. pro. miffio. aliter etiā & alio modo pōt ad contrariū refpōderi, videlicet aut datio quātitatis eft in cōditione, & habet locū. d. §. fi. quia vnus pōt illā pro alio dare. l. fi. de cond. inft. Nec ob. vt dicit Soci. & alii, ꝙ iftud non eft femper verū, quia vnus forte non habet totā pecuniā paratā, vel nō pōt illā a creditorib. inuenire, quia hoc nō prouenit ex impedimēto naturali, neq; ipfius rei, fed ab impedimento perfonæ, vt dicit tex. in. l. continuus. §. illud. §. eod. & natura ipfius rei, & non impedimētum perfonæ debet attēdi, vt ibidē dicitur, & idē eft qñ alia fpecies eft in cond. l. in executione. §. pe. §. eod. fed non ea rōe. §. quia vnus pofsit pro alio dare, vt dicit Bar. quia iftud non eft verum, vt dicunt alii per. d. l. id quod noftrū, fed alia ratione, videlicet quia fi vnus foluēdo partē liberaretur a principali, & a pœnali promifsione, alius poftmodū qui impleuit foluēdo partē pœnæ liberaretur, & fic ꝑ folutionē factam in diuerfis reb. contingeret liberatio per. d. l. in executione. §. pro parte, & iftā rōem ad. d. § pe. ea. l. fenfit expreffe ibi glo. i. dū dicit ꝙ ille cafus ꝑtinet ad. d. §. pro parte. Si vero in condit. eft factū tex. ifte habet locum quia vnus pru alio non poteft facere vt dicit Bar. & alii. Vel poteft etiam faluari opi. Bart. & fic ꝙ vnus pro alio poffit dare quantitatē, & etiam fpeciē in conditione pofitam, aut faltē ꝙ alii cogātur ratū habere, quia iftud eft tale negotiū, quod non pōt pro parte expediri quantum ad euitādum pœnā. l. hæredes. §. in illa verfi. idem iuris famil. hæreis. ideo †
50 vnus folus poteft totum illum vtiliter expedire fecū. Bar. in. l. & hæc diftin. §. cum fundum, fupra loca. Vbi concludit ꝙ ille qui eft dominus pro tertia parte ꝑ indiuifo, poteft locare totum fundum fi vtiliter faciat qnia tale eft negotium quod pro parte non pōt expediri, allegat. d. l. hære. §. fi vnus, & qui continuatur cū præcedēti. §. in quo idē dicitur quo ad pœnā euitandā, & pignus luendū, & qui cafus etiā æquiperantur, in. d. §. pe. & cum Bar. tranfit etiā Ro. & Alex. in. l. de pupillo. §. fi plurimum, de op. no. nun. & tñ etiam in cafu Barto. per illum qui locat, ius percipiendi fructus aufertur a fociis, & transfertur in conductorem. l. fi feruus. §. locaui, de fur. non eft ergo mirum, fi in ca-

ſu noſtro etiã per vnum pôt transferri dominium, vel
quod alii cogantur habere ratũ. Nec ob. ꝙ qñ præceſ
ſit prohibitio dñi non cogatur habere ratũ negotium
etiã vtiliter geſtũ pro eo.l.fi.C.de nego.ge. & ꝑ Bar.
in.l.ſoluendo.ff.eo.quia illud verum, qñ ad illum qui
gerit actũ negotium nullo modo pertinet, ſed ſolũ ad
illum cuius nomine geritur, ſed qñ etiã ad gerentem
pertinet pro parte, & illud ꝓ parte non pôt expediri
ſi vtiliter gerat, inuito etiã, & prohibẽte ſocio poteſt
in totum actũ gerere, per prædicta, & quia in re cõmu
ni non eſt pro ratione voluntas ſecun. Bar. in.l.dotẽ
ſolu.matri.per illũ tex.& confirmatur ex no.per Bar.
in.l.ſi quis in fundi vocabulo.§.i.de le.i.dũ dicit quod
51 † cõmune eſt meũ, etiã quo ad diſpoſitionẽ ſuper to-
to, qñ res eſt ad hoc deſtinata ꝑ.l.in tantũ.§.in cõmu
ne de re.diui.& l.ſi cõmunes ædes de nego.ge.ſi ergo
res eſt ꝓmiſſa per defunctũ, & in conditione poſita, re
ſpectu pœnalis ſtipulationis quãtum ad hæredes dici-
tur deſtinata ad hoc vt creditori ſoluatur, nec maior
deſtinatio pôt facile inueniri. Ideo vnus quo ad uſum
deſtinatum pôt diſponere ſuper toto, & qua ratione
pôt vnus ex ſociis vẽdere rẽ cõmunẽ qñ ad hoc per il
los eſt deſtinata, ſecundũ glo.& Bar.in.l.nemo ex ſo-
ciis in prin.ꝓ ſocio. quia nõ minus primo caſu res eſt
deſtinata ad ſolutionẽ, quã iſto caſu ad venditionẽ.&
ꝑ pdicta etiã patet quud nõ ob.tex.in.l.eius qui in ꝓ
uinciã ver.quas vero, quia illo caſu negociũ non erat
cõmune, nec ad gerentẽ pertinebat. Prædicta etiam
cõprobantur per tex.cũ glo. in.l.ſi.cũ prohibuerit, de
publici.vbi habetur ꝙ procurator reuocatus, & inui-
tu dño pôt transfere dñim rei venditæ per eũ, quia ali
ter parcere non potuit ſuo pudori, allegat glo.l.quin
tus ſupra manda. quæ ratio etiã militat in caſu Bart.
quoniã non parcitur pudori defuncti & hæredũ eius
ſi promiſſa non impleantur, & pœna propter in ubſer
uantiã fidei cõmittatur, vt eſt expreſſum in.d.l.quin-
tus. & per hæc reſpondetur ad vnũ, quod dicit hic
Aret. contra Bar.quud forte intereſt cohæredis ma-
gis ſuluere penã quã rẽ promiſſam, quia non debet au
diri, ex quo non parcitur pudori aliorũ.d.l.quintus.
præterea contrariũ procederet, qñ negocium ꝓ par-
te expediri poſset, & alias ſecus.d.§.in illa, &.d.§.ſi
vnus.&.d.l.in executione.§.penul.& quia debet attẽ
di illud quod omnibus, & non quod vni ex ſociis ex-
pedit.d.l.hæredes.§.ſi incerto. atq; etiam quia in di-
uerſis rebus non poteſt creditori ſolui.d.§.pro pre.
Circa nonã oppo.de †.l.ſi procurator Rẽ ra.ha. Bar,
52 & alii cõmuniter concludunt, ꝙ ille tex. loquitur de
obligatione cõmittenda ad intereſſe, & quantum ad
hoc non eſt differentia inter promiſſionẽ de raro ex-
traiudicialem, de qua loquitur iſte tex.ſecun.Bart.in
ſequen.oppo.prætoriam. Sed quantum ad ſtipulatio-
nem pœnalem, inter iudicialẽ & extraiudicialem pro
miſsionem eſſet differentia, ſecun.Bar.in.d.ſequẽ.op,
& ideo ſi intelligitur tex.in.d.l.ſi procurator, in ſtipu
latione prætoria de rato, haberet etiam locum ſi pœ-
na fuiſſet promiſſa, & debet etiã illa l.reſtringi ad ꝓ-
miſſionem de rato factam in iudicio, quia alias tanquã
continens factum alienum non valeret, ex quo pœna
non fuit promiſſa, neq; intereſſe expreſſe.l.ſtipulatio
iſta in prin.ff.eo.ſed Bar.hic in ſolutione contrarii, nõ
fecit vim, ꝙ ille text.loquatur in ſtipul.prætoria, quia
cũ ibi agatur de obligatione ad intereſſe, idẽ eſſet etiã
in ſtipul.conuentionali, quia in eo locũ habet etiã ra
tio quæ aſsignatur in.d.l.ſi procurator. vel forte dici
pôt ꝙ tex.in.d.l.ſi procurator, nõ debeat reſtringi ad
ſtipul.prætoriã de rato, ſed ꝙ loquatur generaliter &
ſic etiã de conuẽtionali, & interpoſita extra iudicium
voluntarie, & de qua loquitur etiã iſte tex.quæ dicto
caſu non eſt prætoria ſecun.glo.pri.in.l.in prin.rẽ.ra.
habe. Nec.ob.ꝙ cõtineret factũ alienum, quia ex quo
tẽdit ad confirmationẽ eius ad ꝙ procurator tenetur
valet tanquã intelligãtur tunc promiſiſſe ſe facturũ &
curaturum.l.qui aũt.§.i.& ibi per Bar.de conſt.pecu.
& per Moder.in.l.ſtip.iſta in prin.ff.eo. Et in quantũ
concluſi quod eo caſu quo ſtipulatio continens factũ
alienũ reſoluitur in promiſſionẽ facti proprii, vt quia
ſecundũ iuris interpretationẽ intelligitur promiſiſſe
ſe facturũ & curaturũ, ꝙ tunc non ſufficit conatus ni
ſi ſequatur effectus, per.l.qui aũt.§.i.de conſt.pec.cũ
ibi nu.per gl.& clarius per Bar, & in.l.ſanci.C.de fide
iuſ.iuncta.l.quuties.quis.ff.eo iſtud eſt intelligendũ, ſi
ue promiſſa ſit pœna, vel intereſſe promittatur, vel nõ
quia ex hoc ptomiſſio facti alieni reſoluitur eo modo
quu dictũ eſt, & ſic in promiſsionẽ facti proprii.inſtit.
de inutil.ſtip.§.ſi quis alienũ, ſtipulatio valet, & vt di-
xi interpretatur lex, ꝙ ille promiſerit facturũ & cura
turum cũ effectu, ex veriſimili mẽte contrahentium,
quæ colligitur ex verbis promiſsionis, quæ ceſſante
iuris interpretatione continent factũ alienũ, & ſic ex
verbis colligitur ꝙ cũ effectu volunt promiſſor obli-
gari, & quod ad conatũ ſolũ non habuit reſpectũ, & ꝑ
hoc tolluntur quædã quæ in contrariũ allegantur per
aliquos, qui nõ bene perceperunt illud quod dixi. Si
vero † quis explicite promiſſit ſe facturũ & curaturũ
53 dixi ꝙ ſolus conatus ſufficit, per no.per doct.in.c.gẽ-
ma, de ſponſa & iſto caſu ſaluari pôt com.up.& nõ in
primo.ſed contra hoc facere videtur tex.in.l.ſi fidei.
§.ſi neceſſaria ſecunda reſpon.qui ſatisda.cogan. qui
loquitur de illo qui promiſit voluntarie dare fideiuſſ.
ſecundũ glo.ibi. Vnde videtur ꝙ debeat tex.ille intel
ligi ꝙ quis promiſſit facere, & curare, quia alias nõ va
leret, cum ſtipul.illa non ſit prætoria.vt no.in.d.l.i.&
ſic reſolui non poſsit in promiſſionem de faciendo, &
curãdu nec etiã dicatur in illo tex. ꝙ fuerit promiſſa
pœna vel intereſſe.d.l.ſtipul.iſta. Sed reſpondetur, ꝙ
in illo tex.præſupponitur promiſſionẽ illã fuiſſe vali-
dã, nec ibi ponitur forma conceptionis ſtipulationis,
& ideu debet intelligi ꝙ concepta fuerit in forma va-
lida, & ſic quod ꝓmiſſa fuerit pœna vel intereſſe, quia
ergo promiſſio illa continet expreſſũ factum alienum
& non reſoluitur in ꝓmiſſionem facti proprii, pœna
vel obligatio ad intereſſe cõmittitur, etiam ſi quis fe-
cerit quicquid potuit, & alio etiã caſu non ſufficit co
natus, vt dixi, quando quis promiſit ſe facturum & cu
raturum cum effectu, ſecun. Aret.in.l.ſi ita ſtipulatus
§.poſſum.ff.eo.quãuis aliter dixerit in Con. cxlii. &
quia per illa verba, cũ effectu, uidetur quis nolle ex-
cuſari ẽt ſi fuerit impeditus quoquomõ, dixi, ꝙ ex iſta
ꝓmiſſione nõ poterat excuſari propter aliquod impe
dimentum ſi fuit extraiudicialis, ſecus autem ſi erat fa
cta in iudicio, per no.per Bar.& alios.in.l.iiii.§.quæſi
tum ſi quis caut.Nec.ub.vt dicunt hic quidam, ꝙ im-
mo etiam iſto caſu nun debet ꝓmiſſor excuſari, quia
alias verbũ cũ effectu nihil oparetur, quia etiã in caſu
d.§.quæſitũ, nihil operatur generalis renũciatio caſuũ
fortuitorũ, & hoc quia nõ valet, & ea rõe, quæ ibi aſſi
gnatur, ideo etiã iſto caſu nõ operatur verbũ cũ effectu

quia non potuit quis ex generali hoc sermone obligari in iudicio, casu quo non possit facere ex aliquo impedimento superueniente. Decimo Bar. op. d. l. si ser
14 uus † .§. si plurium, si quis caut. & respõsio. eius alias non placuit, nec etiam nunc placet per tex. nostrum, qui restringitur quo ad stipulationem rem ratam haberi ad extraiudicialem, & per l. si is qui ducenta. §. cum ita. & non discedendo a solutione quam alias dedi quæ videtur sine aliquo obstaculo procedere ad. d. §. si plurium. Non ob. etiam prædictæ solu. d. §. cum ita, quia vt dixi primo casu, de quo ibi, scilicet, quãdo stipulatio incæpit a præcedẽti dispositione plures fuerunt stipulationes diuersorũ, & plurimum factorũ. d. l. scire debemus, in prin. & ideo ex vna põt quis implementũ retinere, & ex alia pœnã consequi, & huic nihil repugnat: nec est verum, vt dicunt aliqui, ꝙ secundũ hoc pœna censeretur in solidũ adiecta cuilibet facto, & sic si promissor plures seruos nõ sisteret, pœna etiam pluries cõmitteretur, & tñ solum cõmittitur semel, siue in vno tantũ, siue in omnib. contrafactum sit, quia vna pœna tantũ censetur promissa vtroq; casu, quia illa plura facta posita in conditione, respectu pœnalis stipulat. reputatur ꝓ plurib. quia, & respectu principalis obligationis reputantur pro vno, & respiciunt diuersos effectus, secundũ Bar. in. d. l. scire debemus, in. ii. col. per. d. §. cum ita, vnde quia verũ est omnes statos non esse siue omnes, siue vnũ non sistat. §. vtrum ea. l. pœna illo casu cõmittitur in solidũ, etiam cũ effectu exactionis, quia vno tantũ non stato, nõ inconuenit, ꝙ implementũ quo ad alios sit apud stipulatorẽ ex vna stipulatione, & pœna ex defectu alterius stipulationis. le in. d. §. si plurimũ, dicta plura facta reputantur pro vno, quo ad principalem stipulationem & quo ad pœnalem, quia vtroq; casu fuit vna, & propterea non põt stipulator consequi implementum ꝓ parte, & pœnã pro eadem parte ex implemento partis & defectu alterius partis vnius, & eiusdẽ stipulationis l. rescriptũ. §. si pacto de pac. & l. apud celsum. §. labeo de do. excep. & licet quidã dicant, ꝙ primũ dictum est contra illum tex. tñ istud est euidenter erroneũ, quia hoc vltimo casu tantũ loquuntur dicta iura, & non in pri. qñ plures sunt stipulationes principales, sed magis in cõtrarium facit. d. §. cũ ita in. ii. casu. s. qñ stipulatio incæpit a præcedenti conditione, & quo casu plura illa facta reputantur simpliciter ꝓ vno, ex quo nõ fuerunt nominatim, & specialiter posita in præcedẽti dispositione, & tñ implementũ retinetur, & pœna in totũ exigitur: sed ad istud etiã fuit responsum, quod reputantur ꝓ vno quo ad pœnã cõmittendã, sed post quã pœna est cõmissa, reputãtur pro plurib. sicut sunt plura secundũ veritatẽ, & ideo si solutũ esset repetibile, vel cõpensabile, haberet locũ repetitio, vel cõpẽsatio pœnæ, alias aũt solutũ retinetur, & pœna ĩ totũ cõmittitur, nec ꝓ parte. ob. exceptio. d. §. cũ ita. Demũ Bar. quærit de pluribus, & in pri. q. concludit pri. ꝙ †
55 pœna indiuidua apposita facto indiuiduo, vno contra faciente cõmittitur in solidum contra omnes, ego alias tenui, & iterum dico, ꝙ solus cõtrafaciens teneãtur quia eũ solus potuerit obligari ad pœnã facti indiuidui. l. Iul. in prin. §. eo. & per Bar. in. l. cõtinuus. §. fi. in dubio etiã videtur tacite actũ, ꝙ solus cõtrafaciens teneatur, quia pœna legalis suos auctores nõ egreditur l. sanc. C. de pœ. & eũ qua dispositione legis cõtrahẽtes vidẽtur se voluisse in dubio cõformare. l. quæro. §.

inter locatorẽ sup. loca. & no. Bar. in. l. vxorẽ. §. testa de leg. iii. & per hoc cõstat ꝙ non põt negari volũtas isto casu, vt faciũt hic quidã. Quinimo plus attentari põt, quod etiã hoc casu ꝓmissor expresse nõ potuisset ex facto vnius alios obligare ad dictã pœnã, quia nec testator qñ grauauit duos ad factũ indiuiduũ sub pœna, facere potuit, quod ex cõtrafactione vnius pœna cõmittatur cõtra aliũ, quia istud reputatur iniquũ, vt est tex. sing. in. l. pater fam. testamen. de hære. instit. & ibi no. omnes, quod ergo expresse fieri prohibetur nõ vr tacite dispositũ per no. per Bar. in. l. si quis, sub cond. de cond. inst. & ad l. ii. §. ex his, sup. eo fuit respon. & clarius adhuc respon. ꝙ loquitur ille tex. de facto indiuiduo posito in prim. obligatione, quæ iã erat orta cõtra defunctũ, quæ trãsit ĩsolidũ cõtra singulos eius hæredes, quia diuidi nõ põt inter eos. l. hæredes §. an ea, famil. hærci. nec sub est ratio, quare vnus magis debeat obligari quã alius, sed in casu nostro factũ indiuiduũ fuit positũ in stipul. pœnali, quæ nõ fuit cõmissa cõtra defunctũ, sed eo mortuo, & ex facto vnius tantũ ideo, quia solus deliquit subest ratio quare ille solus obligetur ad pœnã. d. l. sane. & ad quã solus obligari potuit. d. l. Iul. Nec etiã ob. iste tex. dũ dicit ꝙ oẽs eõ trafecisse videntur, quia loquitur qñ facto, indiuiduo apposita fuit pœna diuidua ad quã cõtrafaciens solus nõ potuit ꝑ ꝓmittẽtem in solidũ obligari. l. eũ qui ita §. si te, & titiũ. §. eo. & ꝑ Bar. in. d. l. cõtinuus. §. fi. quia ergo ex facto illius stipulator fuit priuatus cõmodo stipulationis in totũ, & nõ minus q̃ si cõtrafactũ fuisset ab omnib. l. in executione. §. secũ. species. §. eo. pœna debuit ĩ totũ cõmitti cõtra oẽs, nec aliter fieri potuit sine iniuria stipulatoris, vt in. l. sequẽ. §. fi. licet aliis sit consultũ cõtra illũ qui cõtrafecit, vt hic, & in. d. §. secũda species, & propterea fingitur oẽs contrafecisse, quia subest æquitas, & necessitas fingendi, & quæ equitas cessat, & necessitas quando pœna est in diuidua, quia solus qui contrafecit ad illam obligari potuit, & debuit secundũ veritatem, ideo nõ est recurrendũ ad fictionẽ. l. deniq; & l. sequẽ. ex quib. cau. maior. & ꝑ no. per Bar. in. l. i. §. hoc aũt senatus, ad sylle. dum vult ꝙ vbi veritas & fictio cõcurrit circa idẽ omni respectu abiicimus fictiunẽ, & amplectimur veritatẽ per l. filio quẽ pater de lib. & posthu. Et quia vbi aliquid fieri põt sm̃ veritatẽ, non est recurrendum ad fictionẽ l. quia ratio de cond. inst. & per Bar. in. l. nõ dubiũ. C. de leg. & in. l. & per Iusiurãd. §. tutor de accept. & ꝑ hæc clare tollitur cõtradic. quorundã dicẽtium, ꝙ ratio fingẽdi isto casu causatur a facto ĩdiuiduo, in quo ꝑ parte non põt peccari, vt dicitur in tex. & quæ habet etiã locũ in casu nostro, ideo nihil ob. quin teneãtur oẽs, nã cõcedit quod ꝑ parte nõ possit peccari, & est vere peccatũ in totũ, per illũ qui contrafecit. d. §. secun. species. Quod aũt alii fingãtur contrafecisse cõtingit solũ, qñ sm̃ fictionẽ aliter non põt esse consultũ stipulatori, sicut qñ pœna est diuidua, sed qñ est indiuidua, fictio cessat, quia consultũ est in totũ stipulatori mediãte veritate, vt ꝓbatur. in. d. l. pater fam. testam. & ꝑdicta cõfirmantur, nã in iudiciis bonæfidei & ĩ ꝓtoriis stip. si vnus ex plurib. obligatis insolidũ solus cõtrafacit ille tenetur solus ad pœnã diuiduã, & sic nõ fingitur oẽs cõtrafecisse. si ergo cessat fictio illo casu, & ille solus tenetur cõtra regulas iuris, rõe æquitatis, quæ attẽditur illis casib. sm̃ Bar. sup. in quinto op. & sequen. & §. in. ii. quest. multo magis isto casu cessat

fictio, in quo solus cōtrafaciens pōt obligari secundū veritatē & secūdū æquitatē.c.i.de Iniuriis,& dam.da. in.vi.& rursus non ob.dū dicitur ꝙ lex.nō fingit solū vt sit cōsultum stipulatori sed propter naturā rei, & iuris regulā cui se adaptat, quia imo hoc casu quo cōtrafaciens secundū veritatē potest ad pœnā insolidū obligari ex natura rei debet solus teneri, & secundū iuris regulā.d.l.sancimus &.d.l.pater familias, vbi indiuiduū erat in obligatione, vt ibi etiā dicit glo.& tñ vno contrafaciēte quo ad cōmisionē pœnæ, non fingitūr alius cōtrafecisse, quia ex implemēto illius volūtas defuncti in totū adimpleta fuit. & minus etiā ob. dū dicitur, ꝙ si cessaret fictio hoc, ꝙ consultū sit plene stipulatori, sequeretur, ꝙ non debuisset lex fingere omnes peccasse, in casu de quo in tex.s.quādo indiuiduū est in obligatione, sed potius illum qui pro parte peccauit in solidum peccasse, & prout potuit lex facere quasi, ꝙ sit minus inconueniens extendere peccatū eius qui contrafecit pro parte, quā fingere illos peccasse qui nihil prorsus peccarunt, quoniā in quātum isti præsupponunt, ꝙ ab vno dicatur vere contrafactū ꝑ parte, qn̄ tenetur ad indiuiduū, istud est manifeste

56 erroneum † quia imo secundū veritatē ab eo dicitur contrafactū in totum, & qui non potuit ꝑ parte contrafacere.d.l.inexecutione.§.secunda species, & quia in indiuiduis nihil dicitur actum, qn̄ aliquid superest ad agendū.l.si is qui.xl.§.quædā, ad.l.falci.sed ideo ad pœnā diuiduā non obligatur in solidū attenta veritate, quia hoc fieri non potuit per hominē neq; per legē ex potestate ordinaria, & secundū regulas iuris.d.l. Iulianus in prin. verum quia iniquū erat ꝙ stipulator qui caret cōmodo totius stipulationis non consequatur pœnā lex finxit omnes contrafecisse, & illis, qui nō contrafecerunt consuluit aduersus illum qui vere cōtrafecit in totū. Secunda conclusio Bar.in.d.i.q.est, ꝙ † vbi pœna indiuidua adiicitur facto diuiduo solus

57 contrafaciens tenetur, cui tñ debet offeri per stipulatorē estimatio pro parte aliorū qui non cōtrafecerūt ar.l.cū filius in prin.de leg.ii.& .l.lege falcidia interueniēte, ad.l fal.sed in hoc contrariū tenuit Ang.& Im. per.l.indepositi sup.depositi.& .l.in commodato.§.i. Cōmoda.& ad quæ respondet Alex.hic, ꝙ illa iura habent locū in contractib.bonæfidei. Quæ responsio nō procedit, quia in illis mitius agitur quā in contractib. stricti iuris, secun.Bar.sup.in.v.op. cuius contrarium esset si dicta responsio ꝓcederet, quia, in cōtractib.bonefidei ad pœnā in totū, & cū effectu contrafaciens teneretur, sed in contractib.stricti iuris solū ad partē cū effectu, vnde respondet secundo & melius, ꝙ in dictis legib.fuit contrafactum in totum, quia in obligatione erat factū indiuiduum secun.Bar.sup.in. vi.op.sed in casu nostro fuit contrafactum ꝑ parte tantum, nec est verū, vt dicunt Moder.ꝙ dicatur peccasse in totū, ex quo pœna est indiuidua, quia contrafactum non fuit stipulationi pœnali, sed principali, quæ erat indiuidua Nec ob.etiam alia ratio quorundā dicentium, ꝙ sicut qn̄ factum indiuiduū est in obligatione, ex contrafactione vnius, alii, qui non contrafecerunt contrafecisse finguntur ex natura rei, multo magis ille, qui cōtrafecit ꝑ parte, debet fingi contrafecisse in totum ex natura, & ex qualitate pœnæ indiuiduæ. quoniā primo casu fingitur suadente æquitate, & necessitate, secundū, ꝙ in præcedentib.fuit declaratum, sed isto casu nō subest necessitas, neque æquitas, imo iniquum est ꝙ de linquens puniatur vltra mēsuram delicti.l.Rescripto de his quibus, vt indig. Nec ob.dum etiam dicitur ꝙ primo casu quo fingitur contrafactum ab omnib. stipulatio non sequitur naturā principalis, quia cōmittitur contra singulos pro portionib.hæreditariis, & hoc propter diuersitatē rationis, quoniam principalis obligatio est indiuidua, & pœnalis diuidua, ergo idem e conuerso, vt stipulatio pænalis indiuidua non debeat sequi naturā principalis diuiduæ, quia immo primo casu stipulatio pænalis, in quantum pōt sequitur naturā principalis diuiduæ, in hoc.s.quia committitur in solidum, sed postea diuiditur inter hæredes, quia solus cōtrafaciens nō potuit in solidum obligari.d.l. Iulianus & ideo etiam in casu nostro debet etiam sequi naturā principalis in quantum fieri pōt, & sic in effectu cōmitti pro parte, & eo modo quo dixit Pet. Sed aduertendum est diligētius, quia aut pœna indiuidua est adiecta dationi, & tunc vno contrafaciente committitur in solidum, quia conditio sub qua fuit promissa est in diuidua, vt in.l.sequen.§.fi.& per Bar.sup.in.viii.oppo. & idem quando fuit adiecta facto diuiduo, si vnus potuit pro alio facere, quia est eadem ratio, secun. Bart.

58 post Pet.l.in.ii.q. sed remanet dubium † vtrum contra singulos committatur in solidum, an vero solum contra illum qui contrafecit, & ex mente Pet.& Bar. videtur. quod ista vltima pars sit verior, dum dicunt, ꝙ quando adiicitur facto diuiduo, solus contrafaciēs tenetur per istum tex.qui vult indistincte, ꝙ solus cōtrafaciens tenetur, ergo etiam in casu nostro omnes debent teneri ad pœnā, ex quo tex.in.d.l.sequen.§.fi. vult ꝙ contra omnes pœna committatur, & facit.l.ii. §.ex his, sup.eod. Sed in contrarium facit, quia in casu.d.§.fi.in quo pœna est diuidua, non potuit aliter, vel alio modo in solidum committi, & quia in solidū committi debuit, ex quo implementum conditionis erat indiuiduum. quia vt sæpe dictum est, vnus ex hæredibus vltra suam portionem hæreditariam, non potuit obligari ad pœnam diuidā.d.l.eum qui ita.§.si te & titium.§.eo.& per Bar.in.d.l. continuus.§.fi.sed ad pœnam indiuiduam potuit solus obligari.d.l.Iulianus propterea alii in pœnā ex facto illius nō debuerunt incidere.d.l.sancim us.C.de pœ. & quāuis alii non incidant in pœnam, nec conditio, nec eius implementum dicitur diuidi. quantum est respectu pœnæ, ex quo pœna in solidum committitur contra illum, qui contrafacit, & ad.d.§.ex his superius fuit responsum, ꝙ loquitur quo ad obligationem principalem, iam commissam contra defunctum, quæ transit ad quemlibet hæredem in solidum, quia non subest ratio, quare vnus debeat obligari, & non alius, sed in pœnali, quæ fuit commissa ex facto vnius tantum, est aliud, quia ille solus debet teneri.d.l.sancimus, cum ad indiuiduum solus possit obligari. & ista pars videtur æquior & verior Si vero pœna facti indiuidui fit adiecta facto diuiduo, & vnus non possit pro alio facere, & quo casu implementum conditionis est diuiduum, vt hic in tex.& per Bar.sup.in.d.viii.oppo.& tunc procedit.q.Pe.& Bar. & puto ꝙ eorum determinatio non sit vera, sed, ꝙ contrafaciens in solidum teneatur cum effectu, quia implementum conditionis regulariter est diuiduum d.l.cui fundus. Diuiditur autem ex necessitate, quando factum diuiduum non explicabile per alterum est in cōditione, & hoc vt factum vnius alteri nō noceat, & cui non potest imputari cur non impleuerit etiam

pro parte aliorum, sm̃ bar. in.d.viii.opp.ideo pp necessitatem frangitur tunc prædicta iuris regula, quæ necessitas cessat qñ pœna est indiuidua, quia licet implementum tunc non diuidatur, aliis tñ qui pro parte ad impleuerunt, nõ nocet in obseruantia alterius, qm̃ solus qui contrafecit in totum ad pœnam obligatur cum effectu, nec per hoc ꝙ alii non incidant in pœnã, dr̃ implementum conditionis diuidi respectu ipsius pœnæ, vt dictum est, ex quo pœna insolidum fuit cum effectu cõmissa, & ꝙ implementum diuideretur si solum pro parte pœna cum effectu cõmitteretur vt dicit Pe. & Bar. Nec iura allegata per Pe. & Bar. aliquid probant, & primo tex. in.l. loci corpus.§. si fundus nihil facit. Nõ ob. etiam.d.l. cum filius in prin. quia legatarius offert illo casu pro parte æstimationẽ seruitutis filio, quia ad seruitutẽ legatam, filius qui pro parte vicerat non erat obligatus, & ideo filius non cogitur seruitutem præstare, si nolit pecuniã oblatam accipere, nec pro parte hæres potest illam solus imponere, per ea quæ dicuntur, & no. per doct. in.d.l.ii.§. ex his, sup. eo. & nõ ob. etiam.d.l. lege falci. quia falcidia non potuit illo iure minui.l.ꝙ de bonis.§.i. & fi. ad.l. falci. sed in casu isto potuit solus contrafaciens ad pœnam indiuiduam obligari.d.l. Iulianus, in princ.

Circa.ii.q. Bar, in qua primo cõcludit, ꝙ † promissio
59 de defendendo est indiuidua. Dixi alias, & rursus dico, ꝙ obligatio de defendendo ad quã tenetur venditor.l. si plus.§. mota lite, de euic. & .l. qui absentem, de procu. & ibi per bart. & alios, & in.l. venditores.ſ. eo. est indiuidua collectiue & non distributiue, quia non potest agi contra vnum ex hæredibus, vt insolidũ defendat, & prout fieri posset, si distributiue ad hoc hæredes essent obligati.d.l.ii.§. ex his, sup. eo. sed omnibus est denunciandum, & omnes defendere debent.l. si rem, la.2.§.i. de euic. & .l. cum ex causa. & .l. in executione.§. insolidum.ſ. eo. quæ dictio omnes est collectiua sm̃ Bar. in.l. hoc articulo, de hære. insti. & in.l. si pluribus, in prin. de leg.ii. & quamuis gl. in.d.§.i. dicat ꝙ vnicuique insolidum est denunciandum, hoc tamen non importat ꝙ vni soli possit denunciari, sed dictio illa vnicuique requirit concursum omniũ, quia est distributiuum simplex, vt probatur ex not. per bar. in.d.l. hoc articulo, & probatur in.d.l. cum ex causa, in fi. & in.d.l. in executione.§. insolidum, in fi. in versi. vnicuique. Nec ob. vt dicunt quidam, ꝙ si nõ tenerentur distributiue, ꝙ dictio insolidum esset apposita superfluo, quia satisfuisset dicere ꝙ omnes tenentur, quia sicut app. rei intelligitur de tota.l. de pupillo.§. qui nũciat, de oper. no. nun. ita app. actus defensionis intelligitur de toto, nam si diceretur solum & simpliciter, ꝙ omnes tenentur defendere, intelligi posset iste sermo de defensione in totum, & in parte facta ab omnibus simul, quia appellatione rei intelligitur de tota in dispositione hominis, sed in dispositione legis, intelligitur de tota, & de parte.l. ait prætor.ii.§.i. de iureiur. & ibi no. Alex. Dictio ergo insolidum operatur ꝙ ab omnibus defensio præstetur in totum. Item non ob. tex. in.d.l. cum ex causa in versi. cuius natura indiuisa est. & cetera, iuncta.d.l.ii.§. ex his, quia illa verba ibi exponuntur per gl. & declaratur quomodo, & quare sit indiuidua, videlicet ex intentione contrahentium, & prout etiam contingit alias.l. pedius de arbi. & declarat Bar. in.l. grece.§. illud de fideiu. Si vero aliquid sit indiuiduum ex natura & origine ipsius rei, singuli hæredes obligantur insolidum distributiue.d.§. ex his. Tertio prædicti ponderãt aduersatiuam de qua in.d.l. in executione.§. insolidum, quæ secundum eos induceret diuersitatem inter casum præcedẽtem, & sequẽtem, si ad factum hæredes tenerentur illo casu collectiue, quia teneri hoc modo significat ꝙ omnes teneãtur pro portionib. hæreditariis. Sed istud vltimum est falsum, & erroneum, quia omnes teneri insolidũ collectiue, significat ꝙ obligentur tanquã vnum corpus, ita ꝙ illa obligatio sit vna, & non diuisa inter illos, & perinde ac si vnus tantum teneretur.l. cui fundus, de condi. & demo, sed quando tenentur ꝓ portionibus hæreditariis non obligantur collectiue.

60 Alia conclusio Bar. est in hac.ii.q. ꝙ † in stipulationibus prætoriis, si principalis contrafecit pro parte, ꝙ indistincte teneatur insolidum ad pœnam, & cum effectu, per istum tex, & sic ꝙ pœna apposita stipulationi iudicatum solui cõmittatur in totum, & cum effectu contra illum, & per consequens ex clausula de defendendo, quæ respicit præparatiua iudicii, ꝙ directo videtur contra no. per Bar. cum quo alii magis cõmuniter transeunt, in.x. oppo. supra eo. vbi vult ꝙ in stipulationibus iudicialibus respiciẽtibus præparatoria iudicii, si principalis pro parte contrafecit, teneatur ꝓ parte in effectu per.l. si seruus.§. si plurium Si quis cautio. qui loquitur de stipulatione de iudicio sisti, quæ est prætoria, & quæ interponitur, & præstatur, vt quis se defendat, & sic in hoc non videtur differre promissio de iudicio sisti, & de defendendo.l.i.§. cões iuncta gl.i. de præto. stipula. Non placuit etiã alias opi. Bart. volentis, ꝙ stipulationes prætoriæ cõmittantur indistincte solum contra illum hæredem, qui contrafecit, quia vt dixi, si hoc causaretur ab æquitate prætoria, vt dicit Bar. etiã principalis obligatus ad illud ꝙ est diuiduum, incideret in pænam pro parte tm̃ pro qua cõtrafecit, cuius contrarium dicit Bart. sicut etiam hoc casu cõmittitur pro parte de iur. canon. propter æquitatem canonicam.c. tuam de pœnis, & quãuis quidam dicant esse diuersam rationẽ inter principalẽ, & eius hæredes, quia principalis est obligatus in totũ, & ex proprio facto, & contractu, & hæredes nõ, nihilominus hoc nõ tollit contrarium, quia sicut est æquum, ꝙ vnus ex hæredibus non teneatur ex facto alterius, ita est æquum ꝙ non tenetur principalis saltem in effectu, vltra id in quo delinquit.l. rescriptum, de his quibus, vt indig. & ideo etiã de iure ciuili vbi æquitas attenditur, principalis qui contrafecit pro parte, solum tenetur ad pœnam pro parte.l. si seruus.§. si plurium, si quis cau. & per Bar. in.d.x. opp. Nec ob. ꝙ loquatur in præparatoriis iudiciorum, & velit esse secus in decisoriis per.l. seq.§. fi. quia hoc attento, sequeretur ꝙ ex clausula iudicatum solui, prout verbum sonat, vno ex hæredibus contrafaciente cõmitteretur pœna contra omnes, quia dicta clausula respicit decisoria, & tamen Bart. hic vult contrarium per.d.l. pœnales.§. iulianus, vnde dicendum est ꝙ tex. in.d.§. fi. per quẽ vult Bar. esse aliud in decisoriis, non probat intentionem Bar. quia illa cautio de qua ibi, non est iudicialis neq; prætoria, sed mere conuentionalis, & extraiudicialis per no. per Cy. & Bal. in auct. generaliter. C. de episc. & cleri. Et dato etiam ꝙ maior æquitas versaretur ex parte hæredum quã ex parte ipsius principalis, tamen etiam quo ad eum subest tanta æquitas, quæ sufficit, vt nõ obligetur vltra partem in qua deliquit.d.c. tuam.

Et pro hoc facit ꝙ no. Hoſt.A .de But.& Abb.in.c.
ex parte de dec. Vbi dicunt ꝙ cet ſm̃ rigorem iuris
61 ciuilis † incertitudo regu viciet actum.l.ita ſti-
pulatus.ſ.eo.ſecus tamen eſt æquitate canoni.quia
ſicut de iure ciuili dictus rigor nõ ſeruatur in dote.l.
cum poſt.§.gen.de iure dot.ita etiã ſimpliciter nõ de
bet attendi de iore canoni.ꝙ æquitati innititur indiſtin
cte, & hoc etiã ſequitur Alex.in.d.l.ita ſtipulatus in
tertia col. Contra bar.allegatur etiã tex. io.l.cum ex
cauſa iuncta.l.v.§.cõmunes,ver.cões.ſ.eod.& quãuis
Bar.ad illom tex.conetur reſpondere,tñ ſua reſpõſio
eſt diuinatiua.Et quia ſm̃ Raph.licet qñ interponitur
pro rebus præcioſis,non ſit prætoria per not.in.l.ꝙ ſi
nolit.§.quia aſsidua de edili.edic.interponitur tamen
ex neceſsitate.l.ii.& ibi no.&.l.emptori eo. titu.ideo
eſt eadem ratio quæ eſt in prætoria, & quæ etiã tunc
eſt iudicialis ſm̃ Aret.per.l.ii.in prin.ſ.eo ver.cões in
qua etiã attenditur æquitas,ſicut in prætoria d.l.ſi ſer
uus.§.ſi pluriom,vnde alio modo reſpondet Alex.ꝙ
tex.in.d.l.ſi ex cauſa, poteſt intelligi in promiſsione
duplæ mere conuentionali, puta quãdo interponitur
voluntarie pro aliis rebus nõ præcioſis,nec pro ſeruo
vendito, vt oot.in.l.ꝙ ſi nolit.§.quia aſsidua.& licet
Aret.dicat oon reperiri ſtipulationem duplæ cõuen-
tionalem per.l.ſequentẽ in prin.ad illam tñ reſpõdet
Soc.Sed d.ſolu.non placet, quia nimis reſtringit.d.l.
cum ex cauſa,& .l.in executione.§.inſolidum, nec o-
pin Bar.probatur iure,primo tex.in.d.l.pœnales.§.iu
lianus,non probat, quia inquãtum text. dicit ꝙ datur
actio aduerſus victos,nõ loquitur de ſtipulatione pœ
nali,ſed de principali,ex qua agitur contra illum qui
victus fuit,ex clauſula ꝙ verbũ ſonat, & iſta reſpõſio
plus placet quã alia,quã alias dedi. Et dum dicitur ꝙ
cõpetit aduerſus illos,qoi nõ defenderunt, põt intel
ligi ꝙ agatur ad intereſſe.Quæ reſponſio nõ procedit
ſm̃ Alex.quia in indiuiduis nõ eſt differentia,vtrũ ſti-
pulatio cõmittatur ad intereſſe vel ad pœnã.l.ii.§.fi.
ſup̃.eo.& licet Moder.hic dicant ꝙ ĩmo inter prædi-
cta eſt differentia per iſtum tex.iuncta.l.ſi procurator
in prin.rem ra.ha.tamen hoc ſolum procedit in diui-
duis,noo autem in indiuiduis. Vnde aliter reſponde-
ri poteſt,vt etiam prius dixi, ꝙ ſtipulatio de defendẽ-
do illo caſu eſt diuidua,quia actore volente, aliqui ſi-
ne aliis fu at admiſsi ad defendendum ſecundum
Bartol.hic, per.l.Iam tamen.§.ſi tamen plures, iudi.
ſol.Vel poteſt dici ꝙ defenſio eſt diuidua qoando de
betur ex alia cauſa quã venditionis,ſicut etiam alias di
xi.Et ideo tex.in.d.§.iulianus,non exprimit cum mi-
niſterio de promiſsione doli, quia illa eſt indiuidua,
vt in prin iſtius.l.iunctis præcedentibus. Et ad tex.in.
l.ii.§.incertam de præto.ſtipul.quã etiam allegat bar.
pro ſua opi,reſpondetur hic per Soci.poſt Areti.Vel
dic ꝙ loquitur tex.quando omnes contrafecerunt.
62 Et quia bar.noo declarat,verum pœna † cõmittatur
inſolidum vel pro parte,contra illom qui cõtrafecit,
quando promiſsio cootinet iodiuiduum.Soci.intelli
git ꝙ inſolidum cõmittatur ſicut in contractibus bo-
næfidei.l.in depoſiti &.l.ſi doo ſup̃.depoſi.& de qui.
arguit bart.hic ad ſtipulationes prætorias, tamen alii
videntur velle ꝙ ſolum teneatur pro parte,& vt dixi
etiam prius,iſtud videtur etiã de mente bar. ponderã
do verba eius, vt factum fuit.Opi.tamen Soci.videtur
verior,quia ex quo factum eſt indiuiduum,cõtrafecit
in ſolidũ,vt hic,& ĩ.d.l.ĩ executione.§.ſcđa.ſpecies,&
per cõſequens priuatur ſtipulator cõmodo totius ſti
pulationis,merito debet inſolidum cõmitti, vt etiam
Moder.hic,& probatur in.l.ſequẽ.§.fi.in ratione ibi
reddita.Nec ob.ꝙ vnus inſolidum poſsit obligari ad
pœnam diuiduam.l.Iulianus in prin.ſ.eo.quia verum
eſt ꝙ per hominem nõ poteſt obligari, ſed per legem
ſic.d.l.in depoſiti,& ſicut in contractibus bonæfidei
lex obligat in totum ad pœnam illum qui cõtrafecit,
idem etiam facit in ſtipulationibus prætoriis, ex quo
prohibet alios ad pœnam obligari ex facto vnius.
63 Quantum ad iii.q.Bar.primo concludit ꝙ † promiſ
ſio de non excipiendo eſt indiuidua,qñ actori præiu-
dicatur,ſi excipiatur nõ ſolum quo ad illum qui exce
pit,ſed etiã quo ad omnes,ſicut accidit quãdoq; pro-
pter officium iudicis.l.filiusf.§.veterani procura.& .l.
quos prohibet de poſtul.Cõtrarium vero tenet Are.
& quãuis Soci.conetur ſuſtinere opi bar. tamẽ vt hic
alias dixi,reſponſiones Soci.poſſunt tolli. Nec ob.vt
dicunt hic quidam,ꝙ exceptio inhabilitatis perſonæ
ſit indiuidua per no.per bal.in.l.ſi quis teſtibus.C.de
teſti.& per Imol.in.l.qui teſtamento.ff.de teſta. quia
fateor ꝙ ſit indiuidua reſpecto opponentis, ſed non
prodeſt exceptio aliis,qui eam non oppoſuerũt,ideo
etiam nõ nocet,& dum dicitur ꝙ probata exceptione
per opponentem, notorium fit iudici de inhabilitate,
ideo iudex debet ſupplere parte etiam non opponen
te,præſertim cum reſpiciat vtilitatẽ publicã, per not.
in.l.iiii.§.hoc autem iudicium de damn.infe.& per cõ
ſequens ꝙ virtute exceptionis cogitur iudex actorẽ
inhabilem repellere,quia verum eſt ꝙ iudex ſupplere
toriis nõ cogitur parte non potente,ſed etiam in no-
toriis non cogitur parte non proponente ſm̃ Alex.in
l.cum qui ita.§.qui ita.ſ.eo.& in conſ.185.ii.vol. Præ
terea iſta ratio ſolum poteſt procedere, quãdo actor
in eodem libello ageret cõtra omnes hæredes,& vnus
tñ exciperet,ſed quãdo actum fuiſſet ſolũ contra illũ
qui excipit, tunc non induceretur notorium contra
alios,quia acta facta inter duos fidem noo faciunt quo
ad alios,vt not.gl.& doct.in l.ii.C.de eden. Secundo
dicit bar.ꝙ ſi exceptio præiudicat ſolũ quo ad exci-
pientẽ,tunc promiſsio dicitur indiuidua,puta ſi vnus
ex hæredibus oppoſuit excep.pacti de non petendo,
ꝙ videtur de plano procedere,qñ ſolum contra exci
pientem iudicium erat inhoatum,ſed ſi contra omnes
ageretur in eodẽ libello iux.no.per Bar in.l.ſi pluri-
bus in prin.de lega ii.& in.l.iii.§.primo de duo.re.tũc
videtur ꝙ dicta exceptio oppoſita ab vno ſufficiat
quo ad omnes, quibus competit eadem cauſa defen-
ſionis, ar.l.ſcio.§.i.&.l.ſi qui ſeparatim.§.fi.de appel.
tameo etiã iſto caſu non videtur quo ad alios contra
factum,quia ex quo agitur de pœna contra eos comit
tenda,alii etiam tacendo oõ dicuntur conſenſiſſe ſed
contradixiſſe.l.filiusfa.§.inuitus,de procurator.& no.
per Bar in.l.quæ dotis.Solu.ma ſed in legibus contra
riis,quia appellatio illis prodeſt præſumuntur conſen
tire,ſi oon contradicitur expreſſe, vel eſt ſpeciale in
appellatione,& rationem ſpecialitatis aſsignat bar.in
l.i.C.ſi in cõmu.eademque caoſa.&c.
Quo ad.iiii.q.alias declaraui qualiter ĩ caſu.l.ꝙ ſi no-
lit.§.ſi plures de ædili. edict. & in.l.ſi familiæ, famil.
hæcis.dicatur facultas cogendi indiuidoa ex natura
negotii,vt dicit bar.hic,& qoaliter poſsit hoc ꝙ dicit
bar.per illa iura adaptari ad promiſsionem de agẽdo,
de qua quærit barto.hic,& quia iſta iudicio meo ſunt
per-

perfecte declarata, in his nunc aliter non inſiſto, ſed ad prius dicta quantum ad hoc me remitto.

64 Et in quantum dixi ex mente bar. ꝙ † promiſsio de agendo nomine alieno, eſt indiuidua ex natura negotii, quando exercitium actionis competentis ſtipulatori eſt indiuiduum, quia illud cenſetur tantúmodo cótineri in promiſsione de agendo, exemplificando iuxta terminos dicti. §. ſi plures & .d.l. ſi familiæ, circa hoc eſt áduertendum, quia ſi diceretur tunc promiſsio de agendo indiuidua, ſequeretur ꝙ quilibet hæredú eius qui promiſit agere, haberet inſolidum facultatem agẽdi .l.ii. §. ex his ſup. eo. & tamen iſtud non credo verú, quia etiam in caſu dictarum legum, quilibet inſolidú agere non poteſt, & quáuis omnes ſimul debeant agere tamen actio, & obligatio diuiditur inter eos, & vnuſquiſque dicitur pro parte agere, & ſic obligatio & actio, & etiam exercitium actionis diuiditur, ſi ergo ꝓmittat quis pro ſe & hæredibus ſuis agere pro venditore redhibitoria, vel actione familiæ herciſcundæ ꝓ vno ex cohæredibus, in hac promiſsione non cótinetur indiuiduum, & quilibet hæredum promiſsoris nó poterit inſolidum agere. Dicendum eſt ergo, ꝙ in caſu dictarum legum, exercitium obligationis eſt indiuiduum collectiue, & non distributiue, & hæc promiſſio de agendo continet indiuiduum collectiue, & ſic omnes hæredes promiſſoris debebunt ſimul agere, & non poterit quilibet diſtributiue agere pro parte, nec inſolidum. Nec obſt. §. ex his, quia loquitur de indiuiduo ex natura rei. Et plus dico ꝙ ſi promiſiſſet quis pro ſe, & hæredibus ſuis, agere pro alio ad ſeruituté, quæ diuidi non poteſt etiam per legem, ꝙ quilibet hæres promiſſoris diſtributiue agere non poſſet ad ſeruitutem, ſed omnes ſimul, & ſic collectiue deberent agere, per. cap. ſi duo, de procur. in. vi.

Vbi duo procuratores conſtituti debent ſimul agere, niſi inſolidum conſtituantur, & quia ille tex. loquitur indiſtincte, intelligo ꝙ habeat locum, etiam ſi ſint conſtitituti ad petendam ſeruitutem, & tex. in. d. §. ex his loquitur de his, qui agere poſſunt ad indiuiduum nomine proprio. Quod ergo dicitur de duob. ꝓcuratoribus idem eſt dicendum in pluribus hæredibus promiſſoris, obligatis ad agendum pro alio quia agere non poſſent ex dicta promiſsione, niſi haberent mandatum ad hoc a ſtipulatore, & in dicta promiſsione & mandato, de hæredibus eſſet facta mentio, quia alias mandatum ad agendum non tranſiret ad dictos hæredes .l. actione. §. morte. ſupra manda. & Inſtit. eo. §. item adhuc. Et ex hoc etiam ſequitur, ꝙ quádo quis promiſsit pro ſe & hæredibus ſuis, agere pro alio ad ſpecié, vel quantitaté diuiduá, ꝙ ẽt iſto caſu, hæredes ꝓmiſſoris nó potuerunt diuiſim, & ſeparatí agere ꝓ parte. ſed debebunt ſimul agere per. d. c. ſi duo, & per conſequens etiam quando negocium ex ſui natura eſt diuiduum, promiſsio de agendo erit indiuidua collectiue. Ex quo ſequitur ꝙ non refert vtrum promiſio de agendo nomine alieno, ſit facta occaſione rei diuiduæ vel indiuiduæ, quoniam omni caſu eſt indiuidua collectiue, & nullo caſu eſt indiuidua diſtributiue, cótra Bar. & alios hic.

65 Et in quantum etiam Bar. vult ꝙ † obligatio de agendo nomine proprio, vt in caſu .l. ſi ſic. §. fi. de leg. i. & .l. cum in plures. §. meſſem loca, ſit diuidua, alias dixi ꝙ hoc non videbatur verum, quia vnus ex hæredibus eius qui tenetur agere, agendo, & actum ſoluendo creditori liberaretur, & alter præſtando intereſſe poſſet liberari, cú ad factú præciſe nó poſſet cogi, cótra .l. in executione. §. pro parte. ſ. eod. Et quáuis adhoc fuerit reſponſum, tamen prima reſponſio nimis reſtringit dictum bar. & ſecunda reſponſio eſt contra cómu. opin. Vnde aliter reſpódetur, ꝙ in caſibus dictarum legum poteſt alius præciſe cogi ad agendum, quia agere tenetur ex diſpoſitione legis, & vbi factum eſt in obligatione ex legis diſpoſitione, poteſt quis præciſe cogi ad factum .l. ſtipulatio. §. ſiue autem de oper. no. nun. & per bar. in .l. ſtipulationes nó diuiduntur in viii. q. & idem ſecundum bar. quando negotium eſt explicandum in judicio, vt in caſu noſtro, per no. in .l. ſed & hæ. §. præter, de procurato.

66 Quærit quinto Bart. an † ſtipulatio de non petendo vel de non agendo dicatur indiuidua, ſi interponatur ſuper indiuiduo, & concludit pri. poſt Dyn. ꝙ ſi ſit interpoſita ſuper ſeruitute iam formata, ꝙ dicatur indiuidua, quia obſeruantia in aliquo nihil prodeſt ſtipulatori vno contrafaciente, per .l. pro parte in fi. de ſerui. Dixi alias ꝙ iſtud non erat verum, quádo inter hæredes promiſſoris fuit fundus dominans diuiſus, quia ſeruitus multiplicatur túc multiplicatis partibus fundi pro diuiſo .l. via cóſtitui. §. fi. de ſerui. ruſti. predio. & .l. nam ſatis, & ibi no. quemadmo. ſerui. amittá. Qui ergo non petit, non remittit partem ſeruitutis, ſed totam ſeruitutem, quia pars ſua fundi pro diuiſo cui ſeruitus debetur, in totum facta eſt vnus fundus .l. quod in rerum. §. fi. de leg. i. & per conſequens obſeruantia illius affert vtilitatem ſtipulatori, ergo eſt diuidua, niſi dicatur ꝙ cum ante diuiſionem fundi promiſsio de non petendo eſſet indiuidua, non potuit per diuiſionem conditio obligationis pœnalis ex poſt facto mutari, ar .l. ii. §. ex his ſupra eod. l. pacto ſucceſſorum. C. de pact. & ſic quátum ad pœnam quæ eſt vna, illæ plures ſeruitutes debent reputari pro vna ar. no. per bar. in .l. ſcire debemus in prin. col. ſcda de ver. obli. Et vbi fundus remanſiſſet cómunis pro indiuiſo, adhuc videtur, vt dixi etiam prius, ꝙ obſeruantia vnius proſit ſtipulatori, qui etiam ſi non excepit, liberari poteſt præſtando intereſſe pro parte tantum alteri qui contrafacit .l. loci corpus. §. ſi fundus ſi ſerui. vendi, & hoc maxime procedit quando ſtipulator fuit condemnatus ad intereſſe, & non ad factum, ꝙ quando fieri debeat & poſsit, declarat bar. in .l. ſtipulationes non diuiduntur. ſ. eo. ti. in. ix. q. Si autem condemnatus ſit ad factú, adhuc obſeruantia alterius ſtipulatori poterit prodeſſe, quia intereſſe pro parte ad quá tantúmodo tenetur. d. §. ſi fundus, poteſt offerre etiam poſt ſententiá, vſq; ad litem conteſtatá ſuper actione Iudicati, ſecundum bar. in loco proxime allegato. Nec ob. prædictis, vt alias dicebam, ꝙ victoria vnius ex hæredibus promiſſoris proſit aliis .d. §. ſi fundus, & per bar in. d. §. ex his, quia prodeſt aliis volentibus, & inuitis, & ſic illis volentibus vti dicta victoria, ſed volentibus adimplere promiſſa per defunctum, ſtipulator pro parte ſubleuatur, ſi contrafacienti præſtet intereſſe ꝓ parte, ꝓut facere poteſt. d. §. ſi fundus, & vbi præſtet factum tunc poteſt opi. Bart. habere locum, nec poterit imputari illi, quia intereſſe non ſoluerit pro parte, quia habuit hanc facultatem a lege, & ſic facere potuit lege permittente.

67 Secunda eſt concluſio, ꝙ † promiſsio interpoſita ſuper ſeruitute formanda eſt indiuidua ſi fundus peten

